INDICES

REALES HISTORICI

IN

DECRETA COMITIALIA

SERENISSIMORVM AC POTENTISSIMORVM

REGVM HVNGARIAE

SVB

BENIGNISSIMIS AVSPICIIS

SERENISSIMI HAEREDITARII REGII PRINCIPIS

AC

DOMINI DOMINI

IOSEPHI ANTONII

ARCHIDVCIS AVSTRIAE

ET

REGNI HVNGARIAE PALATINI

NOVA INDVSTRIA CONSCRIPTI

A

MARTINO GEORGIO KOVACHICH SENQVICIENSI

TOMVS I.

INDEX REALIS GEOGRAPHICO-TOPOGRAPHICVS.

BVDAE,

TYPIS REGIAE VNIVERSITATIS HVNGARICAE. 1806.

PRAEFATIO.

Ab exordio Reipublicae, et communis legislationis Hungaricae plura secula elapsa sunt, quibus cognitio conditarum legum populo, cui pro norma actionum ciuilium, et mutuarum obligationum deseruire debuissent, minime omnium obtigit, neque, nisi in sedibus administrationis publicae, vtcunque vigebat. Iam ipsa lingua latina, qua conscribebantur, peregrina, et paucis, etiam sacerdotalis ordinis Viris, familiaris, laicis vero etiam potioribus plerisque ignota, populum arcebat ab earum cognitione. Deinde pauca, in quibus expediebantur, exemplaria, fere in reconditioribus Tabulariis reposita, paucorum in manus venere, aut, si ad plures pertigissent, propter linguae, et scripturae imperitiam, nulli vsui esse potuissent. Ciues itaque totam, quam habebant, legum notitiam, quidam ex publicatione earum, per praecones, vti monumenta testantur, facta, alii ex auditu, et traditione habebant, ceteri ex usu et consuetudine tunc primum intellexerunt, quando suo malo edocti, et praesenti necessitate constricti, quid agendum fuisset, sero didicerunt, vbi autem dubium subortum est, quoniam textum, quem consulerent, nec ad manus habebant, nec intelligere poterant, nullam prorsus habebant directivam regulam.

Tantillo melius erat, postquam Praeconum Officium hac in parte cessauit, et leges, in Comitiis latae, in Congregationibus Comitatuum praesentibus duntaxat, pro-

a nul-

mulgabantur, neque in vernaculum idioma, quoad integrum textum translatae, publice praelegebantur; sed ad summum compendio solum exponebantur. Quod ita factum fuisse, id euidenti argumento est, quia huiusmodi translationis ne vestigium quidem vsquam, ante initium seculi XVI. superesse, hactenus deprehensum est. Progressus iste notitiae legislationis non solum in Hungaria, sed etiam apud alias plerasque nationes suo modo lentus erat.

Subsecutae exinde difficultates tandem hominibus defectu scholarum domesticarum, extra Regnum eruditis, linguae latinae peritis, et Causarum procurationem professis, aut ad Iudicia adhibitis, necessitatem imposuerunt, describendorum ipsius Decretorum legalis contextus exemplarium, quorum Collectiones ad imitationem Iuris Ciuilis Romani et Pontificii adornare caeperunt, vt saltem, dum de sensu legum quaestio incideret, textum consulere possint. Atque hinc orginem caeperunt Codices MSS. collecta Decreta Comitialia comprehendentes.

Factum id esse iam regnante Mathia I. Rege, forte vero frequentius sub regimine successoris eius Wladislai II. quoniam sub illis legislationem Hungaricam longe luculentiorem, quam antea, fuisse comperio, haud quaquam infitiari velim, cum tamen tanto studio inuestigatos eiusmodi Codices ex earum aetate nullos nactus sim, ac ne vestigia quidem eorum detexerim, omnes vero, quorum copiam ad manus habui, Seculi XVI. sint, tuto exordium huius legum Comitialium Epochae ad initia regiminis Augg. Domus Austriacae, atque adeo Ferdinandi I. Regis defigere possum.

Neque tamen hac etiam ratione, siue integritati textus, siue communiori peritiae legum, siue etiam faciliori vsui earumdem satis consultum fuit. Imprimis enim, vti diuersi collectionum eiusmodi Codices erant ita

ita alii alia Decreta referebant, alii aliis destituebantur, plura vero in omnibus desiderabantur, quemadmodum cuncta haec in meis *Subsidiis ad Historiam communis legislationis in Hungaria*, dudum conscriptis, Tomo. I. ea Sectione, qua Codices huiusmodi MSS. prolixe recenseo, luculentissime docui. Deinde quoniam pauci ex authenticis exemplaribus, vetusta scriptura, et contractionibus implicata, reliqui omnes ex Copiis, semper magis deprauatis, sua desumserunt, non poterat non euenire, quin textus mendis librariorum ita corrumperetur, vt ne a doctis quidem intelligi potuerit, quemadmodum Zacharias Mossoczius, rem in Tribunalibus expertus in Dedicatione primae editionis testatur. Quibus demum et illud incommodum accessit, quod eiusmodi Collectiones Mss. iam nimium prolixae nullis Indicibus prouisae fuerint, quorum auxilio id reperiri posset, quod quaerendum erat; et ita vel integri Codices, cum necessitas postularet, magno taedio, ac temporis dispendio euolui, aut saltem ieiunae Rubricae, Articulis praefixae, ambiguo euentu consuli debuerint.

Senserunt haec incommoda Regnicolae, iisque satis mature opitulari studebant, quemadmodum Articuli *de comportandis in vnum Decretis*, a temporibus Alberti R. repetitim conditi testantur, quid illi his suis conatibus effecerint, vberius deduxi in meo Instituto Historico Diplomatico Cap. XII.

Tandem Ioannes Sambucus, siue Medicus, aut Historicus, siue Literator potius, quam Iurisperitus, cum hodie Historia ad illustrandas leges adhibeatur, ipse, modo conuerso, decreta aliquot Regum Hungariae, ad illustrandum textum Historiarum Antonii Bonfinii deseruitura, Decadibus eius A. 1581. industria sua editis, vndecunque illa nactus, in Appendice subiicit,

contextu eorum ita corrupto, vt illum cum iudicio ne relegisse quidem censendus sit. Hanc primi, vtcunque tumultuarii Editoris, gloriam Zachariae Mosoczio, et Nicolao Telegdino eum praeripere voluisse, ipso prodente, manifeste video, cum in Praefatione tradat, Praesules hos meditari Collectionem, editionemque vniuersorum Decretorum adornandam; ne tamen summos viros offenderet, dignis encomiis eosdem demulcet.

Et re vera tertio post anno 1584. in ipsa Patria prodiit prima editio Decretorum Regum Hungariae, industria eiusdem Zachariae Mossoczii Tyrnauiae in Typographia memorati iam Nicolai Telegdii longe correctior, et sine omni comparatione cum Appendice Ioannis Sambuci, auctior, ad annum vsque 1583. condita in Comitiis Decreta comprehendens, cum rerum Indice copioso; quae proinde omnibus Collectionibus, manu exaratis, ad vsum fori fuit accommodatior. Haec editio repetita, et tum Verböczii Tripartito Opere eidem praefixo, tum Decretis, post A. 1583. vsque ad annum 1604. conditis, aucta, prodiit Viennae A. 1628. tribus Tomis distincta, quae praeter Indicem rerum editionis Mossoczianae, Tripartiti quoque Operis, et Decretorum, Tomo III. insertorum Indices adiectos refert. Multo maiori cum Apparatu editiones has reiterauit Martinus Szentivány S. I. Sacerdos in Typographia Collegii Tyrnauiensis, cui Praefectus erat, sub nouo titulo *Corporis Iuris Hungarici* eidem praefixo, anno 1696. in tres itidem Tomos diuisi, et praeter cetera heterogenea, Articulis ab A. 1608. vsque 1687. conditis, et indubie, maiori parte ex editione Patakinensi desumtis, aucti, cui demum subiicitur: *Index Corporis Iuris Hung. seu Cynosura Iurisperitorum, in qua loca Decretalia, et Articuli publicarum Constitutionum I. Regni Hung. vsque ad A.* 1687. *Diaetae vltimae*

Po-

Posoniensis inclusiue, sub titulis ordine alphabetico digestis breuiter repraesentantur; Editio multum auctior, et correctior Tyrnauiae 1696. — 1699. pagg. 140. In hac itaque editione Index, qui in praecedentibus diuisus, singulis Tomis adnexus erat, in vnum Alphabetum reductus, et Indiciis posteriorum Decretorum auctus, longe commodior comparet, cuius tamen non editorem Martinum Szentivány, sed, cum iam *editionem auctiorem* nominet, alterum fuisse Autorem, suo loco docebo. Cum haec editio praeter tres Tomos, in quos diuisa est, pluribus insuper partibus, sub diuersis paginarum numericis seriebus impressis constet, factum est, vt complures huiusmodi partes, seorsim impressae, ac diuenditae, reimprimi debuerint, et ita editio mixta, diuersis partibus, diuersis annis, Tom. I. 1740. T. II. 1720. T. III. 1734. reliquis 1732. 1733. 1741. et aliis impressis, emerserit. Tandem Ioannes Szegedy eiusdem S. I. Sacerdos itidem Tyrnaviae in eadem Typographia Collegii edidit idem Corpus Iuris Hung. A. 1751. impressum, licet Capitalis Titulus, Tomo I. praefixus, referat annum. 1740. in duos Tomos diuisum, paginis in duas columnas sectis, et insigni Apparatu prouisum, in quo Decreta vsque ad annum 1741. condita comprehenduntur, et *Cynosura* quoque vsque ad eundem annum inclusiue producta, subiungitur. Haec editio, fugientibus, penes Priuilegium exclusiuum, exemplaribus, repetita, ibidem Tyrnaviae reimprimi coepit, et Budae A. 1779. in Typographia Regiae Vniuersitatis absoluta est. Vid. Inst. Dipl. Hist. C. II. p. 14.

Atque in haec duo prolixa Volumina collectorum Decretorum, ego Indices, quorum confectio plurimum temporis, et laboris deposcit, mature adornandos suscepi; de quibus, quoniam plura scire, mei, lectorum-

que gratia interest, adferam ea, quae hactenus per decursum Operis monenda esse obseruaui.

Index in hoc proposito est alphabetica series vocum, et nominum obiectorum, de quibus in contextu Decretorum agitur, cum subiectis, necessariis de iisdem notitiis, paucis verbis expressis, et locorum textus, in quibus id ipsum habetur, prouocationibus et indiciis. Apud Iuris Hungarici cultores vocatur vulgo *Cynosura*, quod illius ductu materiae in Decretis sparsae quaerendae sint, vti olim nautae intuitu illius Stellae se se in mari dirigebant, et sub hoc nomine etiam in Corpore Iuris Hungarici subiungitur. Aszalay *Compendium* Sambucus et Kubiny *Enchyridion* seu extractus, suos Indices in Decreta inscripserunt, voces autem in illis primo loco occurentes, sub quibus notitiae in textu quaerendae exponuntur *Titulos ordine alphabetico collectos*, vel *causarum locos* appellarunt, ego vero tesseras vocare soleo.

Initio collectiones MSS. fere omnes Indicibus destituebantur, coeptis tandem editionibus collectorum Decretorum Comitialium non nisi rerum Indices, vtcunque ieiuni, adiiciebantur, ita tamen, vt etiam complures personae illis immiscerentur. Deinde ante dimidium seculi. XVIII. prodiit *Cynosura bipartita vniuersi Iuris Hungarici de rebus, actionibus et personis, a felici regimine S. Stephani ad moderna vsque tempora, administratione iustitiae florentissima, Articulos quippe Diaetales A.* 1741. *inclusiue, ordine alphabetico decurrens Partes duae Iaurini* 1749. *in* 4. quarum prima rerum, secunda personarum est. Adoptata illa fuit in ipsum *Corpus Iuris Hungarici,* altero mox anno 1751. industria Ioannis Szegedy Tyrnaviae editum; et hoc nomine in Catalogo Széchényiano

no

no Bibliothecae Hungaricae, eidem, tamquam Autori tribuitur, huncque locum hodiedum obtinet.

Ego textum Decretorum, et varietatem eius obiectorum diligenter scrutatus, deprehendi duplicis generis Indicum necessitatem, *historicorum*. et *iuridicorum*.

Indices Historicos illos appello, qui obiecta historica comprehendunt. Hos primum ad duas classes reduxeram *Geographico-Topographicum;* seu *locorum* priorem, et *Personarum ac familiarum* alterum. Sed cum hisce duobus nondum omnia, quae in contextu Decretorum praeter res, et Actiones occurrunt, nec ad has, aut illas commode reuocari possunt, exhausta esse obseruarem, diuturna tandem meditatione intermediam aliquam classem inter historicos, et iuridicos, et tertii Indicis historici, notitiis iuridicis prouisi, nimirum *sedium administrationis, dignitatum, Officiorum, ac munerum imprimis publicorum* maiorem, quam vtriusque praecedentis necessitatem deprehendi, vt adeo Corporis Iuris Hungarici expeditus vsus quatuor Indices maiores, praeter minores aliquot, in Appendicibus horum subiiciendos, omnino deposcat, nimirum *locorum, personarum, dignitatum*, et *rerum*. Et quoniam de Geographia Hungariae permulta in Decretis passim sparsa occurrunt, quae sub nominibus propriis locorum nuspiam exponi potuerunt, et tamen ad notitiam statisticam, et decretorum intelligentiam scitu pernecessaria, sunt, neque, nisi, magno studio colligi, combinarique possunt, constitui ea in qualecunque systema reducta, et ad sua capita reuocata, in *Introductione in Geographiam Hung. decretalem noua methodo adornata* ita pertractare, vt omnia loca decretorum, eo pertinentia, luculentissime exponam, quam in rem omnia connotata, et in Aduersaria relata

iam habeo. De rerum, siue, vt iam vulgo vocant, Actionum Indice suo locó disseram, nunc de Indicibus historicis, quos maiori ex parte iam paratos habeo, agendum est.

Primo loco Indicem Geographico-Topographicum statuo', in quo occurrunt locorum, quorum in Decretis fit mentio, nomina propria. Simili Indice hactenus Corpus Iuris Hungarici destituebatur, cuius causam nulla verisimili coniectura assequor, nisi forte nostri nondum ad hanc cogitationem delapsi essent, aut existimassent, ad vsum Collectionis Decretorum eundem nequaquam esse necessarium. Atqui Corpus Iuris Hungarici, quemadmodum iam praemisi, vsque ad dimidium Seculi XVIII. familiarum quoque Indice carebat, cuius tamen deinde, si non ipsa necessitate, vtilitate nihilominus agnita, confectio suscepta est. Videntur itaque ad cogitationem adornandi Indicis Geographico-Topographici nondum dalapsi fuisse, alioquin, dum studio Corpus Iuris vndecunque augendi, res eo minime pertinentes eidem intulerunt, nequaquam similem Indicem praetermissuri erant, si illis, eum conficiendi cogitatio, in mentem venisset, quemadmodum passim fit, vt ad multa, quae in propatulo sunt, longe tardius animum aduertamus, et deinde miremur, id nulli antea incidisse. Certe, dum reputo, haud pauca Instituta publica, certis locis affixa, eorumque legalem statum, et Ius quoque municipale sub inde e Decretis esse inquirendum, Indicemlocorum geographicorum, in Decretis commemoratorum, cuius ope exquirenda, et de illis textus consulendus est, tam esse necessarium, imo magis, quam ipsarum personarum, et familiarum, prorsus mihi persuadeo. Personae enim non longo post tempore esse desinunt, et familiae quoque successiue deficiunt, neque facile, vel ipsa memoria earum, reuocatur, contra vero loca geographi-

phica semper eadem manent, et ad illa magis, quam ad personas, obiecta notitiae status publici, qui semper diuisionem geographicam supponit, alligantur. In hanc sententiam omnes eos vltro ituros esse confido, quibus aut occurrisset, aut aliquando euenerit inquirendi necessitas, an, et quid de loco aliquo in Decretis agatur.

Indicem familiarum habet quidem Editio Corporis Iuris Hungarici Szegediana, sed iste tot laborat defectibus, et naeuis, vt eum locum minime cum dignitate occupet. Quod ne praecise ad conciliandam eidem inuidiam, meo vero labori maiorem autoritatem asserere videar, praeter multa alia, quae in medium adferre possem, sequentibus ideo euincendum habeo, vt me sufficientem rationem habuisse pateat, cur nouo adornando operam impenderim.

Imprimis eius Editores inscribunt illum de *familiis* et *personis*, quorum tamen neutri satis respondet, personas enim, quae solo baptismali, nullo familiae nomine in Decretis indigitantur, nullas recenset, de familiis autem, paucis alioquin in contextu generatim occurrentibus locis, minimum, de singularibus earum personis plurima refert.

Defectus eius, et naevi ad sequentia potissimum capita reuocari possunt.

1) Personas, ut praemisi, quarum tantum baptismalia, non item familiaria nomina, more veteri, in Decretis occurrunt, nuspiam refert.

2) Indigenarum nuda solum nomina separato Indice exprimit, nulla de earum conditione, vel receptione, facta mentione.

3) Pertingit tantum usque ad annum 1741. inclusiue; quidquid igitur in sequentibus septem Decretis annorum 1751. 1765. 1791. 1792. 1796. 1802. 1805. siue de rebus, seu de locis, aut familiis, et personis occur-

occurrit, frustra in eo quaereretur, quod tamen de prasenti maxime necessarium est.

4) In Corpore Iuris Hungarici nonnulla Decreta manca referuntur, vti annorum 1446. 1518. Bachienses, et Tolnenses Ariticuli. 1519. 1523. 1525. complura vero simpliciter desunt, vti annorum 1232. 1267. 1291. 1298. 1385. 1440. 1444. 1445. 1447. 1458. Mathiae Decretum I. 1459. 1467. Fragm. 1468. 1470. 1472. 1474. Dipl. Conf. 1475. 1542. ℞ ad Nouiz. Adista itaque Index ille non extenditur, adeoque hac quoque in parte mancus est.

5) Occurrunt nihilominus etiam in illis Decretis, quae in Corpore Iuris Hung. exstant, complura loca, quae Autoris eius Indicis, ceterum satis diligentis; attentionem effugerunt, et in Indice non occurrunt, quae lectores in meo Indice sub praefixis asteriscis facile reperient.

6) Autor illius Indicis ea, quae de eadem familia in diuersis locis occurrunt, praecise ordine annorum chronologico disposuit, nulla habita ratione nominum baptismalium, quibus diuersae eius personae distinguuntur, nisi quod sub iisdem expositiones, et prouocationes iterum ordine chronologico disposuerit, vnde illud incommodum enatum est, vt sub nomine familiae primo nomen baptismale personae, de qua quaestio est, exquirendum sit, et vbi eiusdem nominis plures sunt, saepe, propter diuersam aetatem, distinctis locis inter alia nomina baptismalia quaeri debeat, quod est contra indolem ordinis alphabetici, qui poscit, vt etiam nomina baptismalia sub eadem familia serie alphabetica collocentur.

7) In prouocationibus annorum, quibus gemina Decreta condita sunt, vti 1405. 1435. 1518. 1542. 1572. nullam facit diversorum Decretorum differentiam, sed

an-

annum duntaxat, et Articulum simpliciter citat, qui deinde in vtroque Decreto eiusdem anni quaeri debent, vti sub omnibus nominibus familiarum in eiusmodi Decretis occurrentium, et in specie sub voce de *Bathor Nic.* ad A. 1572. videri potest. Ita ad vocem *Bradach Emer.* Non addit; quod prouocatus Art. 25. quaerendus sit inter *Sclauonicos*.

8) Ordo alphabetico Syllabicus saepe ita innersus est, vt ea quae praecedere debuissent, subinde longe tardius in serie sequantur; in specie ponitur primum *Iakusith*, deinde *Iakófy*. Plura exstantiora exempla sponte cuique in oculos incurrent.

9) Subinde ex vna, eademque persona diuersas facit, vti sub nominibus *Perekedy*, et *Perkady*, qui vna eademque persona *Nicolaus Perekedy* fuerat. Item sub nominibus *Farkas*, et *Forgach*, quae iterum una persona fuit *Andreas Farkas* Iudlium Comitatus Comarom. Ita etiam ex *Kanin*, et *Khain Francisca* ex *Iellechich*, et *Lelesich Georgio*. Ex Leopoldo *Pech*, seu *Pek*. A. 1618. art. 40. et A. 1622. art.. 34. facit ad priorem Articulum *Pechy* cum in vtroque eadem persona sit.

10) Contra vero, ex diuersis personis facit vnam, vti ex *Madach Casp.* et *Georgio, Mednyansky Ioanne*, et *Iona*, Ad A. 1384. Concl. ponit *Philpes Steph. Banus de Macho*, et facit ex patre, et filio vnam personam, quia *Stephanus* fuit filius *Philpes*. Sub nomine de *Bathor Nic Episcopus Vaciensis* omnia loca ab A. 1492. usque 1569. coaceruat, licet non solum temporis discrimen duas distinctas personas, nomine *Nicolai de Báthór* insignitas, fuisse innuat, sed etiam ex Art. 46. A. 1569. diserte colligatur, posteriorem *Nicolaum* fuisse personam secularem, a *Nicolao Episcopo Vaciensi*, indubie iam fatis functo, longe diuersam.

11) Eandem confusionem obseruo in ipsis familiarum nominibus subinde commissam. Ex familia *Déesy* facit *Décsy*, familias *Pethe de Hethes*, et *Petheö de Gerse* confundit, et speciatim ad Art. 33. A. 1588. ex Martino *Petheö* facit *Pethe*, ex Andrea *Farkas*, vt praemisi, *Fórgach*, ex familia *Pogan* ad art. 14. A. 1604. facit Slavicum *Pohan*, ex *Lelesich*, vti iam monui *Iellechich*, ex *Paulo*, et *Thoma Orosz* facit *Orros*, ex *Pek*, et *Pech* facit *Péchy*, ex *Perekedy* facit *Perhády*, et ex nomine Baptismali *Philpes* facit nomen familiae.

12) Subinde addit etiam de suo, quod in prouocato contextu non exstat. Ita sub nomine *Batthyany Paul* et *Chph.* ad Art. 20. A. 1662. sub nomine *Berchény*, cuius nomen baptismale in textu non exprimitur ad Art. 49. A. 1715. addit ex notitia sua historica *Nicolaum*, et Art. 52. vbi nec familiare, nec baptismale eius nomen exponitur, sub eodem *Nicolao Berchény* subiicit. *Frater Georgius* Episcopus Varadinensis nuspiam in contextu Decretorum appellatur *Martinusius*, et tamen in Indice sub hoc duntaxat nomine exponitur. Ad Art. 95. A. 1723. innominato Episcopo Zagrabiensi substituit *Paulum Patachich*, et sub hoc nomine indicat, et ad eundem articulum prouocat sub nomine *Rauch Daniel*, qui in textu non nominatur. *Maróth Ioannem* in Ecclesia Nitriensi sepultum esse, non ex contextu Decretorum, sed ex adnotatione Editoris, Decretis Sigismundi Regis ad Calcem subnexa, in eodem Indice exponit.

13) Nomina baptismalia, praesertim *Gregorius* frequentius transformat in *Georgium*, et ex *Gregorio Darvas*, *Bornemisza*, *Frangepan*, *Nagy*, *Pethö*, et *Ráthy* facit vbique *Georgium*, ex *Iona Mednyanszky*, *Ioannem*.

14)

14) Subinde sub nominibus aliud exponit, quam quod in contextu est, vti sub nominibus *Borsy Mich*, *Bossány Ioannes*, et Gabriel ex Art. 24. A. 1715. *Pakos Ladislaum* collocat quidem ad annum 1486. et tamen sub *Maria* Regina, loco *Mathiae* Regis.

15) Longe grauiores errores in eodem Indice occurrunt in illis locis, vbi Autor eius, sensum Articulorum non intellexit. Ad exordium Decreti anni 1543. ponit *Bertholdy de Sáros Mart.* quasi *Sáros* esset eius familiae Praedicatum; cum tamen in contextu diserte stet: *Martinus Bertholdy Vice Comes de Sáros*, subintelligendo *Comitatus*, in quo perue.usta familia *Berthoty de Eadem* (non *Bertholdy*) floret. Sub nominibus *Bogády* Nic. *Draskovich* Mathias, et aliis in Art. 7. 1601. et similibus nominatis exponit, quod *Rationes a Camera exegerint*, cum tamen deputati fuerint, non singilatim, sed plures personae, ad exigendas Rationes a Perceptoribus contributionis, in diuersis Comitatibus constitutis, et Camera Hungarica fere nunquam huiusmodi Rationibus coram Deputatione Regnicolari ponendis in corpore obnoxia fuerit, sed tantum indiuiduae eius personae, subinde ad percipiendam contributionem specialiter deputatae. Sub nominibus illorum, qui Art. 12. A°. 1608. P. C. deputati erant ad emendationem legum, facit ex summis illis viris Conuentuum *Leleszien sis, et Jászoviensis Requisitores literarum*, seu homines *Conuentuales*, eo deceptus, quod in eodem Articulo praecesserit; vt *Requisitores* Conuentuum istorum suo munere fungantur *vsque ad futuram Decretorum emendationem*, et mox subiiciatur: ad *quam nominantur*, nempe Decretorum emendationem, relatiuum itaque *ad quam*, retulit, non ad emendationem Decretorum, ad quam reipsa refertur, sed ad Requisitores contra generis concordantiam,

et

et ita sensum Articuli detorsit, quasi ibi nominati viri pro requisitoribus literarum fuissent deputati. Eodem modo Articulum 24. A. 1715. totum accipit pro celebratione judiciorum, et personas illas, quae in eodem ad *emendationem legum* deputatae erant, in Indice sub earum nominibus exponit, quasi deputatae fuissent ad celebranda iudicia, sicut in pluribus aliis Articulis nominantur. Ita initio statim Indicis sub nomine *Acsády Adam,* longa expositione refert, eidem Art. 45. 1723. commissum fuisse, vt Instrumenta literalia, in Conuentu S. Martini existentia, vel in Transyluaniam delata illis, quos concernunt; extradet, reliqua ad Archiuum Regni reponantur, quae tota expositio a sensu Articuli aliena, et erronea est, in quo statuitur, vt Archiuum Regni Posonii instituatur, et deputantur viri, quos inter etiam Adamus *Acsády*, vt Instrumenta literalia in Conuentu S. Martini existentia, et aliis quibusuis locis credibilibus emanata; tum ex Cameris Regiis, tum ex aliis Archiuis, eo non pertinentia recipiant, et Comiti Palatino tradant; quae autem in Transyluaniam delata fuissent, non per hos deputatos, sed ex gratia Suae Mai. recipiantur, et ab ea suis locis inuientur. Sub nomine *Kamper Georgius ob non exsoluta castra Schmidingh, et Heydingh a DD. ab Oeth, et Rundinelli in Superiori Austria arestatur, pro cuius eliberatione supplicant Regnicolae A.* 1647. *Art.* 94. tota haec Indicis expositio erronea, et contextui Ar iculi contraria est, ex quo patet, tantum abesse, vt Kamper propter non exsolutionem Castrorum, alioquin in Austria situatorum, et tali casu reoccupandorum, tamquam morosus debitor, arestatus fuerit, vt potius, ipse Creditor, a morosis deb toribus Oeth, et Rundinelli pretii Castrorum praetendens fuerit, seque eatenus ad Status, et OO. diaetali-

taliter congregatos conuerterit, qui penes illum, et alios, in vicinis Prouinciis exhaerentia debita habentes, apud Suam Mai. intercedunt, vt in aquisitione istius modi debitorum de celeriori executione modum adinuenire dignetur, *quo Regnorum, et Prouinciarum mutuae necessitudines inuiolate conseruari, arestationesque deuitari queant*, ex qua postrema clausula, Repressalia, siue, vt in legibus nostris vocantur, arestationes, et reciproca vagia solum significante, Autor Indicis personalem Kamperi inarestationem ridicule efformauit. Ita denique, vt plura similia praeteream ad Art. 17. A. 1715. ex innominatis in textu *Possessoribus Arcis Nempthi* sub eodem nomine facit cognominem familiam *Nempthy*.

16) Cum in Indice prouocationes fiant ad annos, et Articulos, superflue Autor illius addit, sub quo Rege id factum sit, aut euenerit, vel persona floruerit, magis tamen adhuc superflue repetuntur voces *anno*, et *Articulo*, quae omnia suapte intelliguntur.

17) Expositiones quoque eorum, quae de singulis personis, vel familiis in prouocatis locis Decretorum praedicantur, ieiunae, subinde inadaequatae, et mancae in Indice sunt.

Hos omnes defectus supplere, et naeuos euitare ego in meo Indice studebam.

1) Nomina personarum etiam baptismalia, siue Martyrologica, quae priscis temporibus absque addito familiae nomine, praesertim Sacerdotalis ordinis Virorum, et hodiedum regnantium Principum, fere sola, et nuda in monumentis diplomaticis exprimebantur, quaecunque vspiam in Decretis occurrunt, diligentissime collecta, omnia suis locis distinctim expono, adeoque etiam singulorum Regum Hungariae, quorum in contextu nominatim fit mentio.

2)

2) Indigenarum non secus, quam aliarum familiarum aboriginum nomina, cum omnibus notitiis in textu expressis insero.

3) Indicaui omnia Decreta, etiam post annum 1741. vsque 1805. inclusiue condita.

4) Illa quoque, quae in Corpore Iuris Hung. vel manca sunt, vel penitus desiderantur, et quae ego tum in Vestigiis Comitiorum, tum in eorum supplemento, ac etiam Auctario meo ad eadem, primus in lucem produxi, meum Indicem ingressa sunt.

5) Quae Autor antiqui Indicis defectu attentionis exmisit, ea in meo Indice comparent.

6) Personas eiusdem nominis familiaris, non habita aetatis ratione, collocaui iuxta ordinem alphabeticum nominum earumdem baptismalium, vt in ipso Indice facilius reperiri possint; ita tamen, vt si duae personae eiusdem familiae, diuersis nominibus baptismalibus insignitae, in eodem Decreti loco conueniant, et de illis eadem expositio communis sit, eas plerumque simul, sub nomine prioris baptismali exprimam, quin alteram sub suo nomine baptismali repetam, cum alioquin baptismalia nomina distincto typo, etiam in contextu expressa, facile in oculos incidant, neque procul in Indice personae eiusdem familiae inuicem distent. Si vero plures personae eodem baptismali nomine insignitae occurrant, in serie earum aetatis, adeoque Chronologici ordinis rationem haberem. Vbi voces *senior*, aut *iunior* ad distinctionem coaeuarum, et homonymarum personarum in ipso contextu occurrunt, easdem in Indice quoque adhibui, vbi autem siue ex magna aetatis discrepantia, seu e statu diuerso, aut aliis adiunctis colligere potui, homonymas personas esse distinctas, nisi id ipsum adiecti vtrique Praedicati diuer-

sitas

sitas innueret, easdem addita voce *alter*, tamquam earum distinctionis monitoria, seorsim exposui.

7) Vbi prouocationes per annos, quibus gemina Decreta condita sunt, faciendae erant, ibi addidi ad distinctionem I. vel II. aut Noviz. Pos. Bach Toln. nimirum eiusdem anni, ad annum autem 1608. cuius Decretum duplici membro constat, et distinctas Articulorum series, praefixi numeri indicant, apposui A. C. vel P. C. Ita etiam ad A. 1492. vbi aliquid ex Articulis Sclauonicis, ad A. 1538. ex Articulis Crisiensibus itidem Sclauonicis, quoniam Corpori Iur. Hung. inserti sunt, et ad A. 1595. ex Articulis Transactionis Transyluanicae prouocandum erat, id ipsum disserte vel ideo notaui, quod haec singula diuersas Articulorum series, suis, distinctis numeris signatas, habeant, ne lector in vtraque serie eiusdem anni quaerere debeat.

8) Ordinem alphabetico - Syllabicum in omnibus Indicibus meis, voces principales proprias pro tessera deseruientes collocando, ita obseruaui, vt, quantum Ortographiae in nominibus propriis interueniens diuersitas patiebatur, singularum sequentium literarum rationem haberem, neque facile vna vox alteram praecederet, et extra competentem sibi locum poneretur.

9) Diligentem etiam operam dedi, vt et earumdem familiarum nomina, diuersis locis diuersa orthographia expressa, et ideo pro diuersis habita, ad eadem reducerem, et singulis personis vera sua baptismalia nomina restituerem, ne vel ex eadem familia, et persona plures, vel ex diuersis eadem efformarentur.

10) Non facile autem aliquid addidi, quod in ipso Decretorum textu non occurreret, et si omni cum certitudine historica potuerim, nisi vbi ad distinctionem necessarium esse existimaui, et id ipsum signis paren-

thesis inclusi, vti videri potest imprimis penes nomina Regum, quae plures eorum gesserunt. Hanc sinceritatem adeo religiose obseruaui, vt nequidem titulum, aut Epithetum, vel Praedicatum addiderim, nisi vbi in contextu disserte apponitur.

11) Spero me autem etiam penes summam, quam in hoc labore, defectu otii literarii, adhibere debui, celeritatem, ita sensum contextus, diuturnis in eo meditationibus alioquin mihi iam familiarem, expressisse, vt, quemadmodum nihil, quod in textu occurreret, me exmisisse, ita in meis Indicibus non facile grauiorem errorem reperiri posse existimem. Vt enim sensui, quam maxime possem, fideliter inhaeream, id studiose curaui, vt in expositionibus vterer ipsis contextus retentis verbis, nec nisi paucissima de meo adderem.

12) Signa denique Prouocationum ita expressi, vt nec ad facile in textu inueniendum necessaria praetermiserim, nec otiosa, et superflua addiderim. Arbitrabar nimirum pro indiciis locorum contextus sufficere, annos Decretorum, quibus condita sunt, et loca eorum exprimere, Articulos quidem numeris, iisdem praefixis, nude, quin vocem *Articulus* superflue repetam; reliquas autem Decretorum partes abruptis vocibus *Exord.* Exordio, *Concl.* Conclusione, additis subinde etiam §§. numeris. Vbi tamen eiusdem anni gemina Decreta occurrunt, vti 1405. 1435. 1518. 1542. 1572. ibi, vt, ad quod eorum prouocetur, pateat, vel I. et II. id est, eiusdem anni primum, aut secundum, vel editi Decreti locum: *Bach. Toln. Noviz. Poson.* seu Bachiensis, Tolnensis, Novizoliensis, Posoniensis, Diaetae. Sub abruptis vocibus *Pacif. Vien. Lit. Hung. Lit. Boh. Pacif. Situat. Trans. Sclav. Cris.* facile vel mediocriter versatus lector intelliget, prouocationem fieri

fieri ad Pacificationem Viennensem, literas Hungarorum Bohemis, et Bohemorum Hungaris datas, Pacificationem, Situatorokiensem, Transyluanicam, Articulos Sclauonicos, et Crisienses. In ceteris, si quae sunt, minus adhuc dubii erit. Quoad ea Decreta, in meis Indicibus prouocata, quae in Corpore Iuris Hung. vel penitus desiderantur, vel manca sunt, monendum habeo, ea in meis Vestigiis Comitiorum, Supplemento item, et Auctario eorum iuxta sequentem inuiationem reperiri posse:

Anni 1232. in Vestigiis Comitior. pag. 98.
1267. Ibidem — — pag. 134.
1291. in Auctario ad hunc annum.
1298. in Supplemento Tom. I. p. 66.
1385. in Praefat. ad Vest. Comit. p. LIX.
1440. in Suppl. T. I. p. 66.
1444. in Auctario ad h. a.
1445. in Suppl. T. II. p. 9.
1446. in Vest. Comit. p. 253.
1447. in Suppl. T. II. pag. 52.
1458. Mathiae. Vest. Com. p. 298.
1459. Ibidem. — — p. 333.
1467. Fragmentum Suppl. T. II. p. 182.
1468. Ibidem p. 196.
1470. in Vest. Comit. p. 383.
1472. Suppl. T. II. p. 213.
1474. Dipl. Conf. Ibidem pag. 238.
1475. Ibidem pag. 240.
1518. Tolnen. Vest. Comit. pag. 466.
1518. Bachien. Ibid p. 473.
1519. Suppl. T. II. pag. 445.
1522. Vest. Comit pag. 513.
1525. Ibid. p. 574.
1542. Resp. ad Art. Noviz Suppl. T. III. p. 169.

His obseruatis, tuto me asserere posse puto, Indices meos non solum prorsus nouos, sed etiam omnibus numeris ita absolutos esse, vt sperem, quacunque adhibita diligentia, paucissimos defectus, qui attentionem meam effugissent, reperiri, nec facile meliores a quocunque confici posse. De Indicibus *locorum*, et *dignitatum*, quamquam eorum quaedam in Cynosura rerum sparsa occurrant, quin omnino noui sint, quibus hactenus Decretorum Collectio destituebatur; alioquin nullum est dubium, Indicem Personarum, et familiarum, licet in Corpore Iur. Hung. aliquis exstet, nec auctum, nec emendatum, sed prorsus nouum a me confectum esse, non solum Stylus expositionum, ordo, et prouocationum modus ab eo longe diuersa, verum etiam asterisci luculenter testantur, quos omnibus locis, quae in veteri Indice desiderantur, vt, lectores vtriusque differentiam ipso primo obtutu obseruare possint, praefixi, ex quibus vna patebit, meum Indicem esse quidem in expositionibus, et prouocationum Indiciis, breuiorem, multitudine tamen nominum, et positionum facile triplo prolixiorem, adeoque completiorem, et perfectiorem. Id nihilominus, quod ipsi lectores aduertent, profiteri possum, eundem a me iam absolutum cum veteri contulisse, vt, si quid ipse non aduertissem, suppleam, et hac collatione naeuos veteris, defectusque singulos in specie didicisse, quidue in eo desideretur, quibusdam connotasse.

Neque tamen etiam meus Index haberi potest pro tam perfecto, qualem sibi aliquis peritus mente efformare posset, cum mihi res ipsa limites quosdam praefixerit, quos, nisi a vero recederem, transgredi non potui. Potiora, quae hic occurerunt, in sequentibus consistunt.

1. Cum eorum duntaxat locorum, familiarum, et di-

dignitatum Indices conficiendos susceperim, quae suis nominibus insignita, in contextu decretorum diserte, ac nominatim commemorantur, integrum vtique mihi non erat, etiam ad tales Articulos prouocare, in quibus eorum *nomina* reticentur, etiam si luculentissime pateret, *ibidem* de illis agi, quid enim hoc aliud fuisset, *quam* lectores monere, hunc locum, hanc familiam prouocato Articulo nominari, quod vtique fuisset erroneum, quemadmodum lector in errorem induceretur, si alicui familiae titulum Comitis, Baronis, aut Praedicatum apponerem, vbi eidem in contextu non additur, etsi probe scirem, eam tunc iam inter Comites, vel Barones relatam, aut hoc Praedicato legitime vsam fuisse, quia ita in Indice testarer, talem titulum illi in prouocato loco Decretali tribui, quod vtique verum non esset. Ita sub articulo XIII. Oppida *Scepusiensia* generatim frequentissime commemorantur, *nuspiam tamen* nomina eorum recensentur, nec igitur mihi licuit, ea e Tabulis pignoris desumta nominatim in Indice exponere, licet Articuli de redemtione eorum conditi, etiam de singulis valeant, eaque subintelligantur, alioquin, in exemplo, sub voce *Podolinum* debuissem omnes Articulos de XIII. Oppidis Scepusiensibus sonantes subiicere. Ita *Bona ad Austriam oppignorata* e frequentibus Articulis de illis sonantibus, in quibus nomina Arcium illarum recensentur, probe quidem nota sunt, neque tamen singulis earum nominibus Articulos illos etiam, qui generatim Bonorum ad Austriam oppignoratorum mentionem faciunt, prouocare licuit, alioquin, si hoc praestandum fuisset, eodem ex fundamento pertinentias Castrorum, et Bonorum, quarum gratuiti labores ad Arces finitimas generatim deputati sunt, nominatim recensere debuissem, et ita Index plurimis locorum no-

minibus, toti collectioni Decretorum prorsus ignotis implendus fuisset, cum tamen talia indigitata quidem, sed in contextu non nominata, non ad Indicem, verum ad Apparatum, aut Commentarios historicos in Decreta Regum pertineant. Eadem prorsus ratio militabat quoad illa loca Decretorum, vbi quaedam personae tantum per statum, et dignitatem, non item nominatim commemorantur, vti in exemplo dum aliquid Palatino, Iudici Curiae, Archiepiscopo Strigoniensi, Episcopo v. g. Zagrabiensi faciendum committitur, aut Vice Comites Comitatuum ad Commissiones deputantur, quin nomina personarum, eas dignitates tunc temporis gerentium exprimantur; licet enim ego eadem facile ad imitationem aliquot exemplorum Autoris veteris Cynosurae, substituere potuerim, falsum tamen fuisset, ea prouocatis locis occurrere. Et ita de omnibus illis locis, vbi Articuli praecedentium annorum prouocantur, quin tamen in illis locorum, et personarum nomina, ibi expressa repetantur. Haec necessaria Indicis imperfectio, si tamen pro imperfectione habenda est, ad summum peculiari ad Indices historicos Appendice suppleri posset.

2. De quibusdam locis et personis plura saepe in textu occurrunt, quam sub eorum nominibus in meis Indicibus referatur; verum, si ego omnia, quae ex contextu erui possunt, exposuissem, longis sane expositionibus, omnes Indicis limites transgredi, et in exemplo, sub nomine Mathiae I. Regis, omnia Acta, et statuta illius in Decretis sub eo editis occurrentia, recensere oportuisset, quod quemadmodum nullus in Indice quaeret, aut ex eo solum discet, ita nec in eum inferendum fuisse contendet. Exposui proinde compendii causa id duntaxat, quod principale, et ad Indicem proprie pertinens, in contextu occurrit, praetermissis ceteris adiunctis minus principalibus, et non nisi pro

ple-

pleniori notitia, et legis decisione in contextu additis, et ex ipso deducendis. Licet enim Indicibus meis indolem Lexici conciliare voluerim, semper tamen prae oculis habere debui, me Indicem, non Dictionarium legum ad sua Capita reuocatarum, adornandum suscepisse.

3. Quaedam in ipso contextu occurrunt erronee expressa, quae ego sinceritatis gratia retinere debui, licet unus omnium optime emendare potuerim, nec tamen, nisi monito lectore, subinde emendaui. Duplicis ea sunt generis, alia Geographicos, alia Orthographicos errores continent. Producam eorum quaedam ex vtroque Indice, in quibus locum habebant; et quidem in Indice Geographico-Topographico errores Geographici praeter ceteros occurrunt:

A. 1546. Art. 32. Comitatus Lipto, Arva, Scepus Sáros, Zemplin, Torna, Borsod, Heves traduntur esse in Partibus Superioribus *vltra Tybicum.*

1547. 20. ℞. §. 14. 1622. 38. §. 8. 1635. 72. vocantur *Partes Cis-Danubianae*, quae secundum modernam appellationem ad dexteram Danubii ripam sitae, *Transdanubianae* vocantur, et id fere semper, quoties Sopronii Comitia celebrata sunt, praecise relate ad locum illum. Patet id ex literis Hungarorum A. 1606. Bohemis &c. datis Viennae §. 3. vbi habetur: *Franciscus de Batthyan. . . . Partium Regni Cis-Danubianarum Generalis Capitaneus*, et *Sigefridus a Kollonich Partium Regni Hungariae Ultradanubianarum Generalis, Praesidiique Ujvariensis Supremus Capitaneus.* Contra vero in Pacificatione Situatorokiensi, seu inter Danubium, et Situa fluuios eodem anno 1606. data *Franciscus de Batthyan Partium Regni Hung. Ultradanubianarum Generalis Capitaneus*, et

Sigefridus a Kolionich Patium Regni Hung. Cisdanubianarum Generalis Capitaneus, prorsus inuerse.

1638. 41. Comitatus *Marmaros* supponitur esse in Transyluania.

1471. 29. Possessio *Dolha* collocatur in Comitatu *Bereghiensi*, et 1638. 41. in Comitatu *Maramarosiensi*

1687. 28. comparet *Archiducatus* Moguntinensis

1655. 109. inter quinque Oppida Marmatica comparet Oppidum *Ierkeö*, quod inter illa nuspiam alibi connumeratur, nisi sit appellatio Valachica.

1471. 29. Oppidum *Sztropko* locatur in Comitatu Marmaros.

Kövár, et *Kis-Honth* jam *Districtus*, jam Comitatus appellantur, vti sub eorum nominibus videri potest.

Ita etiam *Solth*, subinde *Sedes*, alias Comitatus vocatur.

Sclauoniae Inferioris Appellatio primum initio seculi XVIII. in Stylum Decretorum irrepsit A. 1715. 118. 1723. 88. 1741. 50. vnde etiam ea idea enata est, quod Comitatus *Valko*, *Posega*, et *Syrmium* nomine Sclavoniae Inferioris intelligi coeperint, licet in pluribus Articulis vetustiorum Decretorum ad Partes Hungariae Inferiores constanter referantur.

Errores Orthographici in sequentibus dubium, et confusionem pariunt.

1622. 36. §. 43. Possessio *Thilaj* 1630. 3. Poss. *Pilai* vtrobique Comitatus Castriferrei.

1618. 23. Poss. *Steinbruk* 1715. Poss. *Steinbruch* Comitatus Mosoniensis.

1618. 49. Pertinentiae *Szemenye*, et Districtus *Chermencz-Szegh*.

1622. 36. *Zömönye*, et *Chernek-Szegh*.

1625. 24. Poss. *Pereszteg*. 1647. 6. Poss. *Peregszeg* vtrobique Comitatus Castriferrei.

1518.

1518. 6. Toln. *Morva* pro *Arua* ex MS. in Vest. Comit. expressum, sed in editionibus emendatum.

1630. 3. Poss *Harsad*, et *Barsa* 1649. 86. *Hasshágy*, et *Baksa*. 1655. 116. *Hassagi*, et *Baksa*.

1514. 3. Insula *Ros*, 1618. 14. Insula *Kos*.

1609. 61. Poss. *Peröcz* loco *Veröcz*.

1619. 49. Villae *Bekes*, et *Porrogh*. 1622. 36. Villae *Bökös*, et *Beregh*. 1630. 3. Villae *Bükes*, et *Horogh*. Ita vnum, idemque nomen sub triplici litera poni debuit.

1622. 36. *Processus Dadó* dicitur in *Processu* Zabolch existere, vbi indubie *Comitatus* Zabolch legendum esset, cum insolitum sit, Processum in Processu collocare 1618. 49. et alibi exprimitur *Dada*.

Huc pertinet etiam frequens ille Geographico-Grammaticus error, vbi nomina Patria loco *ensis* possessiui terminatione in *ana* exprimuntur, et saepe dubium pariunt, an ad Geographicum locorum, vel personarum, et familiarum Indicem referenda sint, quorum aliquot exempla referre lubet. A. 1600. 16. Confinium *Canisianum* 1606. Pacif. Vien. ad 12. Bona *Palóchiana*, et *Deregnyeyana* 1613. 41. Bona *Therebesiana*. 1618. 2. Pax *Situatorokiana* 1622. 36. Bona *Szent - Martoniana* 1647. 111. Bona *Hennyeyana*, et 149. Bona *Káboldiana* 1649. 86. Bona *Keöszeghiana*, et iterum Bona *Sz. Mártoniana* 1659. 110. Bona *Pruzkiana*, et *Báróiana* 1681. 7. Districtus *Szigethianus*. Iam, quia, in exemplo, et Arx *Hennye*, et cognomen familia *Hennyey* floruerat, ambiguum fit, an ab Arce Hennye, vel a familia Hennyey formatum sit *Hennyeyana*, posterius suadet terminationis in *ana* vis grammatica, prius euincit Art. 102. A. 1655. Káboldy, et Situatoroky familiae ignotae sunt. Et ita haec terminatio dubium parit, quam tamen Historici nostri peculiaris elegantiae lati-

nae

nae causa etiam libenter adoptant, et scribunt, Clades *Mohdchiana* Ciuitas *Pestana.*

In Indice personarum, et familiarum non pauciora huiusmodi mendorum, ac differentiarum exempla occurrunt, vti sunt sequentia:

1723. Concl. *Petrus Bagich* Art. 17. et 1741. in Concl. *Bakich.* sed A. 1729. itidem in Concl. plane *Bachich.*

1751. in Concl. *Josephus Chiolnich* 1765. in Concl. *Joannes Antonius* Chiolnich, sed Art. 16. iterum Iosephus.

1618. 40. Leopoldus *Pech* A. 1622. 34. *Pek.*

1655. 69. Francisca a *Khain* 1659. 122. Francisca *Kanin.*

1604. 15. Nicolaus *Perekedy* 1602. 23. Nicolaus Perkady.

1655. 30. *Andreas Farkas* 1618. 49. *Andreas Forgách.* In editione postrema exprimitur vbique *Farkas,* et tamen in Cynosura, tam sub Farkas, quam *Forgách* prouocatur ad Art. 49. A. 1618. et iste Andreas Farkas, qui A. 1618. Iudlium erat, habetur pro eadem persona cum altero Andrea Farkas Art. 30. et 66. A. 1655. memorato.

1622. 36. *Georgius Iellachich* 1625. 19. *Georgius Lelesich.*

1604. 14. ex familia *Pogdn* efformata est familia *Pohány.*

1222. in Concl. *Pubertus* in authentico *Robertus.*

Haec exempla ideo recensui, ne huiusmodi errores, vbi eos retinui meae oscitantiae imputtuenr. Probe enim sciui *Archiducatum* Moguntinensem nuspiam scribi, Partes Cisdanubianas nunc ad sinistram, Trans-Danubianas ad dextram Danubii ripam hodie ex medi-

tul-

tullio Regni referri, Sztropko esse in Comitatu Zempliniensi, Marmaros in Hungaria etc. sed nec a textu recedere integrum erat, neque notas, textui apponi solitas, in Indice liberalius spargere licebat.

4. Maiorem adhuc difficultatem adferebat Orthographiae in exprimendis propriis locorum, et familiarum nominibus, nulli certae regulae adstrictae intercurrens varietas, cum diuersas editiones Decretorum, in quibus alioquin nihil certi, et fixi hac in re reperitur, quoad singula loca, defectu otii, consulere non potuerim. Vsus sum autem editione Tripartita Viennensi anni 1628. qua et Autorem veteris Cynosurae vsum fuisse, e retentis eius frequentioribus mendis coniicio, Decreta vsque ad annum 1604. edita complectente, quoniam eam vnam ipse possedi, licet vsus illius in indicatione sane molestus fuerit. Cetera Decreta vsque ad annum 1765. indicaui ex editione Budensi anni 1779. postrema denique ab anno 1791. vsque annum 1805. ex originalibus sub authentico expeditis. Illa vero, quae in Corpore Iuris Hungarici desiderantur, aut manca sunt, ex meis Vestigiis Comitiorum, eorumque Supplemento, et Auctario. Subinde tamen, vbi meus Index vitiosus euasisset secutus sum veram lectionem, vt nomen suo loco inserere possim, semper tamen lectionem contextus ex editione, et subinde ex authenticis desumtam adnotaui, quod lector passim eduertet, et in specie sub voce *Farkas*, quae in contextu *Forgách* exprimitur, videre poterit. Haec difficultas ex varietate Orthographiae emergens, aggrauabat imprimis nominum in ordinem Alphabetico-Syllabicum, secundum subsequentes eorumdem literas, vti se se deinde in alphabeto excipiunt, coordinationem, ne vnum sine vlla ratione sufficienti, in serie alterum praecederet. Vt igitur fixam aliquam regulam haberem, neque

totam Orthographiam textus euerterem, habita modernae enunciationis ratione, adhibui eam, quae in veteribus monumentis Hungaricis vsitata fuerat, et mihi perpetua eorum versatione familiaris euasit, quam vberius exponam in *Introductione ad Geographiam Hungariae, imprimis decretalem.*

5. Neque parua difficultas sese obiecit in quibusdam nominibus propriis eiusdem loci, vel familiae, vbi plura occurrunt, seligendis, quod illorum prae altero in Indice exprimendum sit. Nomina locorum ex duobus propriis composita, vti *Balassa - Gyarmath*, item ex Epitheto adiectiuo, *Fözes-Gyarmáth, Murai Szombath, Széchi - Szigeth*, ex *Alsó* vel *Felsö*, ex *Kis* - vel *Nagy* ex *Szent* &c. sub litera praecedentis vocis quidem collocaui, quae tamen etiam seorsim extra compositionem vsitata sunt principalia nomina, sub illis plerumque posteriore loco in composito poni solitis in ordine alphabetico sub competente litera initiali posui quidem, sed, ne expositiones, et prouocationes repeti debeant, lectorem ad literam prioris vocis inuiaui, vti in exemplo, sub voce *Keszi* vid. *Kis Keszi, Kér* vid. *Nemeskér* Quaedam plane ex tribus vocibus composita sunt, vti *Tapi - Szent-Miklos,* quae tamen sub postrema voce superfluum fuisset ponere, cum seorsim raro vsitata sint, idque non nisi ex vsu vicinorum eiusdem loci condisci possit. Quaedam sub duplici diuerso nomine occurrunt, vti *Novi Zolium* Neosolium, et *Bistricia*, et pleraeque Arces olim ad Austriam oppignoratae iam sub Hungarico, vti *Kis - Márthon, Borostyánkö* &c. iam sub Germanico nomine, *Eisenstad,* vel *Aisenstad, Pernstein* &c. Ita *Szent - György*, et *S. Georgius*, *Bozin*, et *Bazin,* Alba, et *Alba Regalis, Alba Iulia,* vel Carolina, *Nándor - Alba, Drégel- Palánk,* et *Palanka in Drégel* et plurima Similia. Idem in Indice familiarum occurrit, vti

vti Comites *de S. Georgio*, et *de Bozin*, *Veglae*, *Segniae*, *et Corbauiae*, de *Frangepanibus*, vel *de Tersat*, *Cheh* vel *de Leva*, de *Nagy - Lwche*, *Dóczy*, et *Lipchey*, *Estensis*, et de *Aragonia*, quae difficultas major adhuc est pro nobis Hungaris in nominibus familiarum Indigenarum, quae saepe Praedicato, quam familiae nomine vti malunt, et id ex usu tantum discitur, vti sub voce *Pontz* videri potest, et e solo Schematismo Hungariae non facile aliquis eruet *Frey* de *Schönstein* sub nomine *Schönstein*, non item *Frey* venire.

6. Nomina Gentium, Nationum, sectarum &c. adquem Indicem referenda sint, fateor me aliquantum, non absque rationibus in vtramque partem in dubio haesisse. Indici Geographico inserenda esse suadebat id, quod Gentes, et Nationes eadem fere nomina, sola terminatione diuersa, quae regiones, habeant, seu deinde Gens a Regione, seu haec ab illa denominationem acceperit, vti Hungari, Bohemi, Moraui, Turcae, Transyluani, Siculi, Saxones etc. a regionibus, et Prouinciis eiusdem nominis, et tam cum nomine, quam cum idea Gentium, connexa sit idea denominationis Prouinciae, a qua nomen gerunt, quae vtique Geographica est, et Sedes populorum in Geographia quaeri solent, adeoque in eadem nominari debent, et ad illius Indicem iure pertinere videntur. Sectarum etiam appellatio saepe cum notione Geographica inseparabiliter connexa est. Ita Iaziges, Cumanos, Hajdones, Lanceatos, etc. vt primum nomina eorum audimus, statim ad suam sedem, adeoque locum Geographicum referimus. Contra vero, cum Gentes, et populi ex personis, non locis constent, cum integra gens in Societate idem sit in magno, quod familia in paruo, analogica, et fere identica separari non debent,

bent, et potius ad Indicem familiarum, quam Geographicum locorum referenda sunt, quemadmodum familias ideo nemo in Indice Geographico quaeret, quod nomina per modum Praedicati a locis possessis gerant, licet eiusmodi nominibus etiam loca Geographica appellentur. His motiuis ductus, ne lectorum iudicium praeoccupem, pleraque similia nomina collecta peculiari alphabeto exposui, et Indicem eorum Indici familiarum Appendicis loco subieci.

7. Stylus Redactorum etiam non modicam difficultatem adtulit. Autor Veteris Cynosurae plerumque addidit personis Epitheta honoris *Egregius*, vel *Magnificus* in contextu tributa; ego illa ideo praetermisi, quod deinceps in posterioribus Decretis longe plura eorum compareant: *Reuerendus*, *Reuerendissimus*, *Spectabilis*, *Illustrissimus*, *Excellentissimus*, *Celsissimus*, *Serenissimus*, *Prouidus* item, et *Agilis*, ac similia. Quod si itaque huiusmodi titularia Epitheta adhibenda, et exprimenda fuissent, nulla ratio suppetit, cur *Egregii* tantum, et *Magnifici*, non item reliqua etiam Indici insererem; quo facto, quantum ille verbis fere inanibus, et Lectoribus errores ingenerantibus, augeri debuerit, probe ego perspexi, antequam operi manum admouerem. Nam successu temporis longe alter horum Epithetorum vsus inualuit, et qui Seculo XVII. *Reuerendi* erant, iam Seculo XVIII. Reuerendissimi, qui antea *Reuerendissimi*, iam Illustrissimi, qui *Egregii*, iam Spectabiles, vel Magnifici compellantur. Quid si peregrinus lector hodie Consiliarium Aulicum, Camerarium Regium, vel Administratorem officii Supremi Comtiis *Illustrissimum* appellari legeret, et in Pacificatione Viennensi eodem Epitheto regnantem Principem Transyluaniae honorari recordaretur, aut eidem tot *Excellentissimi* occurrerent, et in Articulis Diaetali-

talibus legeret, Sigismundum Imperatorem, et Regem *Excellentissimum Principem* titulari? Cum huiusmodi Epithetorum hodiernus vsus ex aliis titulis, officiis, honoribus dignitatibus, et statu personarum alioquin notus sit, nec nisi fere in allocutionibus adhibenda sint, tuto a me, saltem in Indice exmitti poterant, cum quisque norit, Principes regentis Sanguinis *Serenissimi*, S. R. I. *Celsissimi*, Status Consiliarium Intimum *Excellentissimi*, reliquos Aulicos *Illustrissimi*, Regios solum *Magnifici*, Magnates, et Praelatos etc. *Illustrissimi*, plerosque Honoratiores, et Praedicato gaudentes *Spectabilis*, omnes Nobiles *Egregii* etc. Epitheto honorari, quin illud diserte praefigatur. Idem fere de nimiis encomiis, subinde fortunae earum potius, quam personalibus meritis adscribendis, per Redactores Styli singularibus personis in Articulis at tributis, sentio, et vel ideo plerumque, vbi facta ipsa praeclara in specie non enumerantur, ex Indice exmisi, quod ad Historiam, quam in illo spectare debui, nihil adferant. Alia est ratio ipsorum titulorum, quos sequiori aetate iidem Redactores compluribus personis, dum commemorandae erant, integros, saepe satis longos, per extensum apposuerunt, quod, quamquam in Stylo Decretorum, quemadmodum Epitheta et Encomia, velut infra dignitatem Corporis legislatiui positum, minime locum habere deberet, cum tamen in illis iam habeatur, et ad Historiam faciat, in meis Indicibus retinendum fuit. Idem in titulis Indigenarum, vndecunque exauctis, et modis apud Hungaros etiam ignotis, quasi studio exornatis, obseruaui, in quibus nomina baptismalia, plerumque duo, vel etiam tria, eidem personae tribuuntur, cum alii ne vnico quidem distinguantur, magno sane eorum incommodo, qui Genealogiam suam ad eosdem aliquando deducendam habe-

be-

berent. Bona quoque, quae possidebant, imo ea etiam, quae in pignore tantum tenebant, cum addito titulo: *Pignoratitius in*, aut plane duplici praepositione *ab*, *et in*, penes eorum titulos enumerantur; praeter titulum *Principis*, aut *Comitis*, etiam *Baronum*, *Marchionum*, *Dominorum* tituli, a locis geographicis petiti, iisdem adiiciuntur; imo plane Praedicata a Bonis in Hungaria sitis, quorum perennalis possessorii, antequam in Hungaros reciperentur, alioquin incapaces erant, illis attributa reperio, cum tamen ipsi Hungari Praedicata fere tantum ab haereditariis gerere soleant; Clausula vero illa: *S. C. et R. A. Mai.* alioquin omnibus in Seruitio Regio constitutis, competens, sed in titulo fere tantum penes honorem Consiliariatus, vel Camerariatus Regii adhiberi solita, penes militares vero honores, praesertim inferioris ordinis inconsueta, passim eisdem additur, contra vero, de statu, et conditione aliorum tam parum in Articulis, quibus in Indigenas recepti esse referuntur, additur, vt subinde solo nomine familiari tituli eorum concludantur, Atque haec ego, tamquam historica in meo Indice ita retinere debui, vti in textu Articulorum deprehendi.

Quoad internum Indicum meorum Systema sequentia adhuc monenda habeo:

1. Dum vnus, idemque locus, aut vna, eademque persona frequentius in Decretis commemoratur, eam eiusdem materiae simul collocandae rationem habui, vt, ne diuersis obiectis interrumperetur, et iterum eaedem voces repeti debeant, ea, quae de iisdem, ex contextu eruta, exponenda erant, ordine annorum coniungerem. Ex isto principio euenit, vt in Indice Geographico primo *loci*, deinde eorum, quae in illo sunt, ac demum Comitatus, si eiusdem nominis sit, materias indicarem, seriem Episcoporum, Comitum &c. coniungerem, gratui-

tos

tos labores, et similia, dum eundem locum concernunt, separatim ab aliis materiis, in una serie chronologica, vel certe aliorum locorum intuitu coniunctim exponerem, et sic in omnibus procederem. Ita in Indice Personarum, Dignitates Praelatorum, et Baronum, in Conclusionibus Decretorum expressas, cum suis mutationibus fere primo loco, sub qualibet indiuidua persona posui, subiectis, ordine chronologico, locis decretorum, in quibus commemorantur, et tum primo reliqua cum identitate materiarum coniuncta, si vel in eodem negotio eadem persona frequentius deputata reperiatur, vel aliud quidpiam saepius de illa repetatur, eodem ordine Chronologico, subiectis indiciis, collocaui, singulares autem materias, in quibus series collocationis, nisi eam ordo chronologicus determinasset, fere arbitraria esse poterat, vel aliis expositionibus Indicum interserui, vel vltimo loco subieci. Atque ex his, licet, in tanta rerum copia, et varietate, laborisque celeritate, non semper ad amussim a me obseruatis, lectores intelligent; cur hoc, quem deprehendunt, neque alio ordine, materias et expositiones, sub singulis nominibus propriis dispositas, in meis Indicibus collocauerim; alioquin, si laboris compendium cum incommodo lectorum quaerere voluissem, seruato ordine chronologico, non habita materiarum ratione, plurimas difficultates, et meditationes in coordinatione horum Indicum, facile euitare potuissem.

2. Homonyma loca per Comitatus, familias per Praedicata, vbi ista in contextu Decretorum diserte exponuntur, distinxi, neutrum tamen de proprio addidi, etiamsi omni cum certitudine potuissem. Atque hinc euenit, quod personas sub eodem familiae nomine, ordine alphabetico nominum earum baptismalium exposuerim, etiamsi scirem, eas ad diuersas, eodem nomine gaudentes, familias pertinere, et idipsum in retinendis vocibus *Comes Ba-*

ro, et aliis dignitatum titulis obseruaui, neque alio loco adiecei quam quo in contextu adhibetur, ne quem talem facerem, qualis eo anno nondum erat, aut saltem in Decretis non appellatur, licet exemplis articularibus factum tueri possem, vbi Sigismundus, et alii Reges ad eos iam annos *Imperatores* nominantur, quibus nondum erant. Ab huiusmodi, siue anachronismis, seu erroribus historicis mei quidem Indices omnino liberi sunt, neque facile in Indice Geographico locus *Oppidum*, aut *Ciuitas libera Regia* appellatus, ad eum annum reperietur, quo adhuc tantum Possesio, vel Oppidum erat.

3. Quod de singulis familiis in communi occurrit, id initio statim sub earum nominibus exposui, quorsum ea etiam retuli, quae in contextu, non nominatis personis, sub nomine *Nobilium* reperiuntur. Et horum tantum causa Index ille *familiarum* inscribitur. Vbi deinde singulares personae occurrunt, quas nominibus baptismalibus distinctas, ordine horum alphabetico, etiamsi ordo annorum, quibus Decreta, in quibus commemorantur, condita sunt, aliam seriem eorum chronologicam postulasset, collocaui, iam Index *personarum* audit.

4 Quaedam nomina familiarum, non solum in usu orali, sed etiam in Historia, diplomatibus, et Decretis Comitialibus duplici forma expressa comperiuntur alia nimirum praesertim antiquitus per modum Praedicati cum praepositione *de*, apud Hungaros loco Germanorum *a* vel *ab* ita constanter vsurpata, vt, praeter Praedicatum familiae *Pálffy ab Erdeöd*, indubie loco *de*, ad euitandum concursum duorum *e*, sic vsurpatum, pauca exempla praepositionis *a*, vel *ab* penes Praedicata reperiantur. Familiae, quae talia nomina gerunt, aliis Praedicatis cum praepositione *de* non vtun-

vtuntur, sed gaudent subinde Epitheto *Perpetuus* cum praepositione *in*. Huiusmodi nomina quemadmodum alia quoque Praedicata, ego etiam in Indice Geographico, cum expositione; *nomen et Praedicatum familiae*, ideo suis locis exposui, cum Nobilitas Hungarica fere semper Praedicata a locis, reipsa in Hungaria existentibus, et aliquando iure hereditario, siue, vt appellamus, perennali possessis, petita gerat, licet exempla quaedam in Hungaria, et frequentissima in Transyluania sint, vbi a realibus quidem, non tamen possessis, sed vel originis, vel habitationis locis Praedicata vsurpantur. Apud Germanos autem multa Praedicata honoraria, quae pro arbitrio Principum, aut impetrantium delectu, ac desiderio, illis attribuuntur, in vsu sunt, quin eius nominis locus vspiam existat; quae tamen, nominibus Indigenarum adiecta, ego propter vniformitatem in Indice Geographico retinui, quia, si uspiam Indici inserenda sunt, natura sua ad Topographicum pertinent, et alioquin quaeri potest, non tantum, quae familia quali Praedicato vsa sit, sed etiam, quod Praedicatum quibus familiis competierit, cum et domi, et apud Exteros exempla adsint, vbi eodem Praedicato plures familiae vtebantur. Alia nominum familiarum forma desinit in literam *i*, quae plerumque per *y*, exprimitur, et habet vim possessiui, in quod fere omnia, olim per modum Praedicati vsurpata, hodie conuersa sunt, addito Praedicato de Eadem, quae praepositio alias nomini praefixa, eo loco emanet. Familiae talibus nominibus, a locis cognominibus petitis, aut Praedicato *de Eadem* gaudentes, habentur pro radicalibus, et antiquissimis, ceu locis ipsis origine coaeuis, quin tamen haec opinio antiquitati aliarum familiarum, diuersis a nomine suo Praedicatis utentium, aliquid praeiudicet. Licet autem in Decretis iam cum praepositione *de*, iam ea

praetermissa, cum terminatione *y*, exprimantur, vt: *de Nadasd, de Batthyán, de Zrinio, et Nadasdy, Batthyanyi, Zrinyi*, ego tamen, nulla huius diuersae formae habita ratione, in Indice familiarum indiscriminatim sub praemisso talium familiarum nomine, reliqua de eadem occurrentia subiicio. In stylo linguae Hungaricae, ex quo terminatio *i, y,* vel *yi,* etiam in latinum translata est, huiusmodi familiarum nomina, geminantur, vt *Ürményi Ürményi* loco *Ürményi de Eadem*, quia Praedicata generatim, non, vt in Stylo latino, subiunguntur, sed praeponuntur, vt *Galanthai Eszterházy*, quasi diceretur. Galanthensis Eszterházy, et ideo ab vsu solum linguae, et Styli Hungarici recte appellantur *Praedicata*, quia prius enunciantur, quam ipsa familiaria nomina, quemadmodum eodem linguae Hungaricae vsu proprio, praeter morem aliarum, prius nomen familiae, quam baptismale profertur, vt *Thóldy Miklós*, forte, quod cum nomine familiae nascamur, baptismale tardius nobis accedat.

5. Cum Indices isti suapte iam prolixiores euadant, vsus sum, compendii Causa quarumdam vocum magis vsitatis abruptionibus, ne singulas exscribendo, textus nimium extenderetur, quarum tamen explicationem hic exponere, superuacaneum esse existimaui, cum a quolibet facile intelligi possint.

6. Hoc eodem compendii studio inductus, expositiones sub singulis locorum, et personarum nominibus propriis adiectas, continuatis lineis exprimi curaui, alioquin pro commodo lectorum seruire potuisset, si singulae Positiones, saltem easdem materias complectentes, diuisae, ac seorsim, vti dicitur, a capite incipiendo, impressae fuissent, vt quaerenti tanto citius, et facilius in oculos incurrant, praesertim vbi multa sub eodem nomine exponenda erant. Verum istud et Indicis maius Volumen, et impressionis maiores sumtus, et

ex-

exemplarium maius pretium, quod emtores tantopere abhorrent, postulasset; parcimoniae itaque densitate typi consulendum erat.

7. Ut tamen diuersae materiae citius in oculos incidant, et facilius obseruentur, initiales quidem voces, siue nomina locorum, et familiarum typo quadrato, personarum vero tam initio, quam in contextu, *vti* et familiarum, locorum, ac praecipuarum materiarum nomina, typo cursiuo, adeoque a textu distincto exprimi curaui.

Atque ex his, quae vel ideo tam luculente deduxi, quo minus censuram quamcunque metuendam haberem, lectores videre poterunt, hunc conficiendorum Indicum laborem fuisse molestissimum, cuius taedium nulla scientifica, in eo reperibilis oblectatio releuaret, augeret vero non solum sterilitas materiae, verum etiam *mechanica operis* indoles, non tam ingenium alens, quam sensuum *attentionem* adstringens, ne laudem quidem pro industriae praemio *promittens*, et praesertim, quatenus labor manualis erat, prorsus *ingrata*; Verum in illis, quae obseruanda, et cum ratione praestanda erant, non solum iudicio, sed etiam multarum rerum peritia, cum diuturna praxi, et experientia coniuncta opus erat. Ex tanto certe obseruationum numero lectores facile colligent, in simili labore, antequam eidem manus admoueretur, adeo perfecta oeconomiae illius idea opus esse, quam esse debet, antequam eius fundamenta ponantur, sumtuosi aedificii delineatio, secus enim, si quid tempestiue non animaduertatur, quod ad operis perfectionem necessarium est, vel defectibus laborabit, vel, vt illi suppleantur, ad calcem productum, ab ouo repetendum erit, quod in labore suapte adeo taedioso, facile animos frangit. Cum tamen maiorem aetatis partem aerumnosis huiusmodi laboribus

bus contriuerim, et ita promtum in illis habitum, usu ipso, contraxerim, neque tamere, nec sine fiducia recte comparati animi, ad hoc opus exequendum accessi, et forte unus ego, ad subeundum eius laborem sorte destinatus sum, qui diuturnitatis taedium celeritate praeuenire, et constanti diligentia superare possem etsi horis duntaxat subseciuis, omnia proprio marte et pugno perficienda fuerint, vbi nullus alioquin alterius operae, et auxilii vsus esse poterat.

Ego quidem omnem, quae humanitus adhiberi poterat, operam, et attentionem in id conuerti, vt Indices isti in textum tanti momenti, quanti Decreta, et leges integrae Gentis censenda sunt, non solum ab erroribus, et naeuis, verum etiam quibuscunque defectibus liberi, et omnibus numeris absoluti sint, quod me etiam ita assecutum esse confido, vt eos tamdiu pro perfectis habiturus sim, donec nouos quispiam conficiat, qui tantum praestent meis, quantum hos antiquae Cynosurae praestare, omnino persuasum habeo, quod si quis explorare velit, et necessario ad id otio abundet, poterit etiam compendio facere, nudis duntaxat nominibus propriis, sine expositionibus, sed cum indiciis decretorum exscriptis, in ordinem alphabeticum reductis, et cum meis Indicibus, an quidpiam desit, collatis; sane, quemadmodum me ab errandi periculo minime immunem esse reputo, ita paucissimos defectus mihi obrepsisse, confido, quos in editione cum Corpore Iuris Hung. aliquando repetenda, emendandos, si quis vspiam deprehenderet, veniam dabit, aut in simili vires suas experiatur, an supra omnes defectus humanos eluctari possit. Vt tamen differentia, quae meos inter Indices, et Cynosuram, Corpori Iuris Hung. subiectam, etiam quoad numerum Positionum intercedit, euidentior sit, referendum habeo: te-

ste

ste *Indice Rubricarum Cynosurae rerum et actionum vniuersi Iuris Hung.* in toto illo Indice, non nisi 810 voces exponi, ad quas omnes materiae rerum reductae sunt, quarum tamen circiter 70. non rerum, et actionum, sed locorum, personarum, gentium etc. nomina propria sunt; teste vero *Indice Cynosurae personarum, et familiarum*, eidem subiecto, 893. familias articulares in secunda Cynosurae parte recenseri. Teste denique *Syllabo Indigenarum*, aeque Indici familiarum subiecto, non nisi 278. familias in Indigenas receptas numerari: quae cum meis Indicibus collata, maiorem horum perfectionem luculente demonstrabunt. Menda typi, pro meis oculis alioquin minuti, cui integram operam impendere non potui, labori meo adscribenda non erunt.

Superest, vt de appellatione *articularis* aliquid in medium adferam. Articulare vocatur, quidquid in Decretis, in Articulos diuisis, commemoratur. Ita vocantur *loca articularia* et *personae articulares*. Loca articularia triplici, diuerso sensu, appellari comperio. Autores Indicum vocant loca articularia illa, in quibus de proposita materia in contextu articulorum diaetalium agitur, et quae in Indicibus per numeros annorum, et Articulorum prouocari solent. Altero sensu in genere vocantur loca articularia illa loca geographica Hungariae, quorum nomina in Decretis commemorantur. Tertio denique sensu restrictiori vocantur loca articularia illa itidem, geographica, in quibus liberum exercitium religionis Protestantibus articulariter concessum est. Et huc quodammodo reuocari potest appellatio *Articulariter vnitorum*, praesertim aliquot Comitatuum, et aliorum locorum, in stylo vsitata, quemadmodum Episcopatus quidam scribuntur *Canonice vniti. Familiae* et *personae Articulares* vocan-

cantur illae, quae in Decretis commemorantur. Rectius tamen, tam loca geographica, quam familiae et personae *Decretales*, quam articulares appellari possunt, quia nomina geographica locorum, et propria familiarum ac personarum, non tantum in Articulis, sed etiam in aliis Decretorum Comitialium partibus, vtpote in exordio, et conclusionibus Diplomatum confirmatoriorum, vel Appendicibus Decretorum, quae omnia extra numerum Articulorum sunt, commemorantur. Loco, vel familiae, et personae censetur inde peculiaris honor accedere, si articularis euadat, neque dubium est, quin pro honorifico reputandum sit, euasisse obiectum deliberationum Diaetalium, et tam illustri monumento insertum esse. Verum honor iste, quoad loca quidem, subinde vti, dum ad statum colonicalem redigenda esse decernuntur, quoad personas vero saepe ita limitatus est, vt eum, quidam, praesertim, quorum nomina in Articulos, *sicut Pilatus ad Credo*, vt aiunt, irrepserunt, casui potius, quam merito, et laudi adscribendum habeant, quemadmodum sunt omnes Iudlium, ex quorum Processibus gratuiti labores ad Confinia deputantur, praesertim cum eodem modo etiam ignobiles et Coloni familiae et personae articulares euaserint, vti: *Borbélyi* steph. *Enyedy* Georg. *Farkas* Matthias. *Gombár* Ioan. *Gombócz* Sebast. *Havranek* Nic. *Kálló* Mathaeus, *Kobliczky* Zachar. *Megyery*. Ioan. *Mészáros*. Adam. *Nezbud* Georg. *Sipos* Paul. *Valla* Dau. *Wenger* Mich. &c. Praelatorum quoque, et Baronum nomina saepe nuda, ideo tantum in Decretis occurrunt, quod eas dignitates gesserint, et stylus diplomatum secum ferat, vt in Conclusione inserantur. Eorum, qui ad Commissiones deputati erant, multi delata sibi prouincia defuncti non sunt, quod vel prius decesserint, vel aliis obstaculis impediti sint. Sunt et inter Indigenas quon-

quondam recepti, et Articulis inserti tales, de quibus Regnicolae A. 1563. Art. 77. A. 1575. Art. 18. A. 1578. Art. 36. et aliis deinceps cautelae Clausulas inserere necessarium esse existimarunt; plurium vero memoriae per inarticulationem perpetua macula inusta est, quod propter varia facinora vel proscripti, vel actioni fiscali subiecti fuerint, qui profecto maluissent e numero personarum articularium emanere.

Necessitatem Indicis in leges publicas, praesertim, si illae maiori volumine comprehendantur, et nullo Systematico ordine, ad certa materiarum capita reuocato, dispositae, temere, de diuersis obiectis agentes, intermixtae sint, qualis est prolixa Collectio Decretorum Comitialium Regni Hungariae, et quales omnes leges esse solent, et debent, quae successiua legislatione conduntur, facile quisque, citra vberiorem eius deductionem, perspicere potest, et agnoscere debet. Legum enim Codex non est, instar aliorum librorum, pro continuata lectione destinatus, sed, vt facile consuli possit, id autem non aliter, quam Indicis ope fieri poterit, iste vero ita comparatus esse debet, vt lector certus sit, nihil reperiri praeterea in legibus, quod Index non ostenderet, alioquin, nisi hac dote praeditus sit, grauissimos errores, et conuulsiones emergere necesse est, cum quisque id solum, quod ope Indicis in legibus reperire potest, pro legali, quod vero eo duce non reperiret, pro illegali, aut licito, iure habere possit; quod penes vulgarem illam Cynosuram saepe iam euenisse, plurimis exemplis, si necessum esset, edocerem. Atque hinc liquido colligere licet, eum, qui accuratis, completis, et omnibus numeris absolutis, in prolixam adeo Decretorum Comitialium Regni Hungariae Collectionem necessariis Indicibus, defectui huic occurreret, et graues eius sequelas anteverteret, idque solus vno labore perficeret, quod plurimos, poscente necessitate saepe diu, multumque, subinde frustra occupat, et fatigat, de patria, et statu publico omnino bene mereri posse.

Postremo demum eius quoque ratio, quorumdum duntaxat gratia, qui haec nondum intellexissent, reddenda est, quare hos omnes Indices, etiam historicos *reales* appellem. Rerum nimirum Index vocatur ille, qui materias, ipsas sub certis vocibus, in ordinem alphabeti re-

reductis, indicat, vbi in textu de illis agatur, et ad differentiam ab Indicibus personarum, et geographico locorum, etiam *Index verborum* appellatur. Potest autem etiam Index personarum et locorum geographicorum vel succinctus esse, si voces nude tantum exponantur cum indiciis locorum textus, iisdem subiectis, vel cum additis expositionibus, compendio sensum contextus, in prouocato loco expressi, referentibus, et talis Index *realis* appellatur, quod rem ipsam, de qua in contextu agitur, pleno sensu exprimat, et absque ipso textu etiam, instar Lexici manuducat, cuius vtilitas tunc maxime elucescit, dum de eodem obiecto multa diuersis in locis ipsius contextus recurrunt, quae nisi vel paucis verbis in Indice exprimantur, omnibus prouocatis locis quaerenda sunt, et continuus recursus ad textum fieri debet. Quoad hos meos Indices tutus lector esse potest, de locis geographicis, familiis, personis, et sedibus administrationis, adeoque dignitatibus, honoribus, imprimis publicis, in illis indicatis, nihil omnino plus, aut secus in ipsis Decretis reperiri, quam id solum, quod sub eorum nominibus refertur; alioquin, dum dubium oritur de ceteris legis determinationibus, textus ipse consulendus est.

Atque haec sunt, quae de meis nouis Indicibus generatim. et de Geographico locorum, ac personarum, et familiarum speciatim praefari volui. Ea deinde, quae de Indicibus dignitatum, ac rerum monenda habuero, suis singula locis proferam, et, si isti vsu ipso probati fuerint, illis quoque, ocyus perficiendis, a lacrem manum admouebo, si autem etiam hos, vti reliqua mea opera, de rebus domesticis, a nullo adhuc pertractatis, magno labore conscripta, nec minoribus sumtibus in lucem edita, negligi videro, moneri me arbitrabor, vt manum de tabula retraham. Scribebam Budae in Musaeo Instituti mei Historico-diplomatico-iuridici, die Caenae Domini A. 1806.

Martinus Georg. Kovachich m. p.

IN

INDEX REALIS
GEOGRAPHICO-TOPOGRAPHICUS
IN
DECRETA COMITIALIA I. REGNI HUNGARIAE.

A.

ABARA Castellum Com. Zempl. Ladislai Wpory abpleatur. A. 1471. Art. 29. 1472. 2.

ABAUJVÁR Com. contra Cassouienses, et filium Regis defendatur. 1546. 52. A Fratre Georgio recuperetur. 1548. 57. Contra insolentias Episcopi Varadinensis defendatur. 1550. 59. Concessus est *Principi Transyluaniae* per Tractatum *Nicolspurgensem*, excepta Ciuitate Cassouia. 1622. 29. Cum Ciuitate Cassovia Principi Transyluaniae in Tractatu concessus est. 1647. 20. Cassouiae *Congregationes* suas celebrare possit 1647. 109 et etiam *Sedes iudiciarias* 1649. 21. *Telonia sicca* in Boldogkeö, et *Visoly* huius Comitatus tollantur, 1625. 34. Filiales *Tricesimae* in *Szepsi*, *Rozgon*,

gon, et *Jászó* huius Comitatus sufferantur. 1635 30. *Confiniarii* Caesarei in hoc Comitatu a violentiis inhibeantur. 1647. 44. *Executiones* in eo peragat Capitulum *Agriense* 1550. 63. *Judicia* pro festis Lucae, et Georgii pro hoc Comitatu *Posonii* celebrentur. 1548. 19. *Octauae* pro isto Partium Superiorum Comitatu *Posonii* celebrentur. 1567. 24. Adnumeratur *Tabulae Districtuali* Iudiciariae *Cis - Tybiscanae*, *Eperiessiensi*, 1723. 31. In *Somogy*, *Misle*, et *Alsó-Meczenzeff* huius Comitatus *templa* Euangelicis restituuntur. 1647. 6. Deputet suos pro exscindendis locis templorum, Scholarum, et Parochiarum Catholicarum, et Helv. Conf. *Cassouiae* 1649. 12. Relinquuntur actu possessa templa pro libero exercitio religionis. 1681. 26. Refundatur illi *pecunia* pro subsistentia militiae mutuo data, erga liquidationem. 1715. 97. Eius *gratuiti labores* deputantur ad *Cassouiam* 1557. 6. deinde ad *Onod* 1602. 14. 1604. 8. 1608. 15. P. C. 1613. 8. 1618. 49. 1622. 36. 1635. 92. 1647. 153. 1649. 86. 1655. 116. Deinde ad *Szendrö*. 1559. 21. 1567. 17. 1569. 19. 1578. 27. Alias ad *Tokay* 1609. 61. Concurrat ad reparationem *Passus Gönczensis*. 1659. 39. *Abaujvár* Comitatus Oppida *Böd* et *Tusa* taxentur. 1647. 30. *Comes* Perpetuus Emer. de Perén. 1504. Concl. 1514. Concl. Supremus Comes L. B. Lad. Orczy in Grauaminibus deputatus 1791. 67. Ord. *V. Comes*, et *Ablegatus* Diaetalis Lad. Puky pro elaboranda idea conflandi fundi publici denominatur. 1802. 30. Ad *bona* in eodem sita praetensiones familiae Fronmillerianae, et Raynerianae reuideantur. 1649. 58.

Abdensi in ponte sufferantur militares *exactiones*, et excessus, 1659. 23. In Com. *Jaurin*. *vigiliae* teloniales sublatae sunt. 1751. 9.

de Ablanczkürth Praedicatum Familiae Ghyczy 1802. 30.

Abraham Poss. Com. Poson. vide Szent Abraham. 1647. 6.

Achady familiae Praedicatum de *Eadem*. 1729. Concl.

ab Achelburg, Praedicatum Indigenae Kevenhiller. 1638. 73.

Ada seu Osztrova locus Com. Bachiensis *Districtus Coronalis Cis-Tybiscani*. 1791. 7.

S. Adalberti Praepositus Steph. Telekesy ad rectificandas metas versus *Styriam* Commissarius nominatur. 1681. 23.

de Adamfölde Praedicatum familiae Bornemisza. 1751. 26.

ab Adenoys L. Baronatus titulus; C. de Böninghausen Indigenae 1681. 82.

de Adlersthurn (Turaquila) Praedicatum D. a Putz Indigenae. 1659. 133.

Adon. v. *Nyr-Adon*.

Adriaticum. circa *mare* ad rectificandos *limites Regni* deputentur Commissarii. 1638. 42. Versus mare fines per Commissarios reuideantur. 1649. 32. Pro rectificandis metis *Croatiae*, et *Slauoniae* deputantur Commissarii. 1655. 30. 1662. 38. In eius litore *Arcium*, et *Portuum* Zrinianorum in *Dalmatia* non turbetur commercium. 1596. 32. Versus illud libera sit *vinorum* eductio 1723. 78. Usque ad illud a *Dravo Banatus* natiuo Hungaro conferatur. 1608. 11. A. C. In eius *Portubus* occupata per Praefectos *Confiniorum* bona restituantur. 1635. 36. Circa illud per Capitaneum *Carlostadiensem* patratae violentiae complanentur. 1638. 22. Ab eo usque *Posoniensem Tricesimae*, Camerae

Hung. applicentur, et earum Praefecturae natiuis Hungaris conferantur. 1630. 15. 1635. 33.

de AGGORT L. Baronatus titulus Indigenae Almae rigo 1687. 29.

AGRAD in Poss. Com. Neograd. instituatur noua Portarum connumeratio. 1659. 67.

AGRIAE quoad *Oppidum* controuersiam jurisdictionalem inter Comitatus *Heves*, et *Borsod* Palatinus decidat. 1715. 40. *Fundatio studii Iuridici* per Georg. Foglar facta inarticulatur. 1741. 44. *Conuenticuli* Acta cassantur. 1715. 32. Castri *Szarvaskeö* demoliendi bona ad Agriam applicentur. 1545. 54. *Arci* Praesidio prouideatur. 1546. 45. Supremus Regni *Capitaneus* ibidem continuo permaneat. 1547. 19. et a. §. 13. In eius *confinio* profugi, et comprehensi malefactores puniantur. 1563. 41. Eidem confinio desolatis propriis pertinentiis prouideatur. 1596. 34. Ad Agriam deputantur *gratuiti labores Partium Superiorum*. 1556. 17. Promittunt gratuitos labores Comitatus *citra*, et *ultra Tybiscum*. 1556. 17. deputantur gratuiti labores Comitatuum *Heves*, *Borsod*, et *Neograd*. 1559. 23. 1567. 17. Item *Heves*, *Borsod*, *Pest*, *Szolnok Ext.* et *Solth*, ac Oppidorum *Polgárdi*, et *Szent Margitha*. 1569. 19. 1578. 27. *Oppidum* muniatur per Colonos Capituli Agriensis. 1574. 5. Opposita ei ad *confinia* praestentur gratuiti labores antea eo ordinati 1601. 21. Agriensibus militibus subsidium decernitur. 1553. 25. quod incassetur. 1554. 18. In eius obsidione occumbentium Bona nomine Fisci Camera non occupet. 1597. 27. Eorum Orphanis, et uxoribus Bona diripientes puniantur. 1597. 28. Agriam qui Turcis dediderunt, puniantur. 1597, 29. Post eam captam *pagi continue tributarii* maneant Turcis *dedititii*. 1606. *Situa Torok*. Sub eius *obsidione* C. Steph. Koháry in dextra vul-

vulneratus, pro subscriptione Stigmate utatur 1715. 29. Agriensis *Episcopus* Thomas 1222. 31. Andreas, in Comitiis 1298. Exord. §. 3. Nicolaus 1351. Concl. Emericus 1384. Concl. Vacat XVII. Kal. Maii 1405. I. Concl. Petrus de Rozgon 1435. II. Concl. Simon de Rozgon Cancellarius Regis. 1444 Concl. Ladislaus 1464. Concl. Ioannes, qui penes Mathiam R. de non exigenda contributione spopondit. 1470. Concl. Gabriel Cardinalis 1486. Concl. Vacat 1492. Concl. Thomas Postulatus Aulae Regiae Summus Secretarius Cancellarius. 1495. Concl. Ipolytus Estensis de Arragonia Cardinalis 1498. Concl. 1500. Concl. 1504. Concl. 1514. Concl. Per eum occupata Abbatia *Thapolcza* auferatur, et Petro restituatur. 1518. 26. Bachien. 1519. 23. Eo a Regno absente Honor Comitatus Hevesiensis interim personae seculari conferatur. 1514. 56. Ecclesiae de Episcopo prouideatur. 1546. 45. Interteneat duos Canonicos *Gyulae* pro Testimonio fidedignos. 1563. 53. Intersit Iudiciis *Posoniensibus*. 1572. 11. 6. Stephanus Szuhay deputatur ad Iudicia Appellationum in *Partibus Inferioribus*. 1601. 34. Ad rectificationem metarum Regni versus *Morauiam* 1602. 23. Usque ad reuisionem causae a Regno emaneat. 1606. Pacif. Vien. ad 5. Vacat. 1608. Concl. Electus Ioan. Piber 1625. Concl. 1630. Concl. Idem deputatus ad Iudicia Appellationum in *Partibus Superioribus*. 1625. 51. Emericus Lósy 1635. Concl. Deputatur ad reuisionem Appellationum in Partibus Superioribus. 1635. 14. Ad Commissionem limitaneam versus *Poloniam*. 1635. 54. Et in legatione ad Poloniam pro redimendis Castro *Lublyo*, et *XIII. Oppidis Scepusiensibus* primas teneat. 1635. 67. Georgius Lippay. 1638. Concl. Deputatur ad reuisionem Appellationum in *Partibus Superioribus*. 1638. 23. Georgius Jakusith. 1647. Concl. Deputatur ad Iudicia

Appellationum in Partibus Superioribus. 1647. 103. Alter Episcopo subrogatur ad Commissionem *Iaurinensem.* 1649. 37. Electus Benedictus Kisdy 1649. Concl. 1655. Concl. 1659. Concl. Deputatur pro abolendis Teloniis siccis in *Partibus Superioribus.* 1649. 77. deputatur ad inuestiganda Telonia in Partibus Superioribus. 1655. 29. Deputatur ad Appellationes in Superiori Hungaria. 1655. 51. Thomas Pálffy 1662. Concl. Deputatur pro Iudice Appellationum in Superibus Regni Partibus. 1662. 28. Petrus Korompay nominatur commissarius ad restituenda in Partibus Superioribus confiscata 1681. 11. Vacat 1681. Concl. Futurus Episcopus ad rectificandas metas versus *Transyluaniam* nominatur Commissarius. 1681. 23. Item: ad Regem, et Remp. *Poloniae* intuitu redemptionis XIII. *Oppidorum Scepusiensium.* 1681. 24. Intersit Iudiciis Appellationum Palatinalibus. 1681. 28. Georgius Fenyesy. 1687. Concl. C. Gabriel Erdödy 1715. Concl. 1723. Concl. 1729. Concl. 1741. Concl. Deputatur Commissarius ad rectificationem metarum Regni versus *Poloniam.* 1723. 17. Ei, et successoribus competit *Iuspatronatus* studii Iuridici per Georg Foglár fundati, 1741. 44. C. Franciscus Barkoczy. 1751. Concl. Scribitur Comitatus *Heves,* et *Ext. Szolnok supremus, et Perpetuus Comes,* et deputatur ad rectificandos limites Regni versus *Poloniam* 1751. 26. C. Carolus Eszterházy. 1755. Concl. 1791 Concl. 1792. Concl. Scribitur Comitatus *Heves, et Ext. Szolnok articulariter unitorum supremus, et Perpetuus Comes,* et deputatur ad rectificandos limites Regni versus *Poloniam.* 1765. 16. Vacat. 1802. Concl. Debet tenere Banderia duo 1498. 20. In *Dioecesi* animalia Decimalia Rustici tantum usque festum Michaelis seruare teneantur. 1486. 42. Ex Bonis, si miles non interteneatur, duplum

plum exigatur. 1593. 16. Episcopus tamquam Dominus terrestris proprietarius redimere potest Oppidum *Kesztel* 1635. 68. *Capitulum* debet tenere Equites 200. 1498. 20. Eius Coloni muniant Oppidum *Agriense*. 1574. 5. Eidem Decimae non adimantur. 1598. 32. In Oppidis *Polgáry*, et *Szenth Margitha* iure terrestrali vtatur 1715. 95. Peragat *executiones* in Comitatibus *Abaujvár*, *Zemplin*, *Ungh*. *Marmaros*, *Ugocha*, *Szolnok*, et *Kraszna*, sicut Conuentus de *Lelesz*, et *Jászó*. Item in quibus Capitulum *Varadinense*. 1550. 63. Loco *Lelesziensis* Conuentus peragat executiones in *Partibus Superioribus*. 1557. 21. *Cassouiae* resideat, *Expeditiones* peragat, *sigilla* noua confici curet, et suas *Decimas* percipiat. 1597. 38. Si *Cassouiae residere* non poterit, eidem in futura Diaeta de loco prouidebitur. 1606. Pacif. Vien. Ad Pers. Eidem sua Mai. *Tyrnauiae residentiam* assignet, et de subsistentia prouideat. 1609. 10. Residentiam suam habeat in Oppido *Jászó*. 1613. 3. In locum Oppidi *Jászó* ordinatur in Ciuitate *Cassouiensi* residentia 1649. 38. direptores *literarum* in eodem puniantur. 1647. 101. Contra Ciues *Cassouienses*, qua direptores *Clenodiorum* Ecclesiae suae via iuris procedat. 1687. 19. Iam non per *Trans - Tybiscanos*, sed in Dioecesi duntaxat, et proximis Comitatibus *Exmissiones* faciat. 1723. 40. Eius *Expeditiones* ex Archiuis Conuentuum *Jászóuiensis*, et *Lelesziensis* eo translatis interea factae pro validis declarantur. 1802. 16. *Episcopatus Decimae* eliberantur, et ad Conseruationem Arcis *Agriensis* conuertantur. 1545. 53. ℞. §. 17. 18. 19. Eaedem decimae ad Arces *Agriensem*, *Sáros*, et *Muran* in specie colligantur. 1555. 15. Sed illas Domini Terrestres praeemere possint. 1556. 43. *Decimatores* non cogant plebem ad redimendas pecunia Decimas. 1569. 28. Ad Arcem

 Agrien-

Agriensem Decimarum emtio, et vectura fiat secundum Constitutiones 1575. 8. Decimae *ultra Tybiscum* conceduntur Stephano Bochkay, *Cis-Tybiscum* reseruantur ad rationem Suae Mai. Pacif. Vien. 1606. ad Pers. *Praepositus* Cletus Aulae R. Cancellarius expediuit Bullam Auream Andreae II. R. 1222. 31. Benedictus Beiczy, et Cantor Mathaeus Paczona pro Praelatis ad Iudicia *Eperiesiensia* nominantur. 1588. 30. Demetrius Napragy nominatur Nuncius ad negotium Confoederationis *Polonicae*. 1596. 60. Maior Mich. Maurouitius deputatur ad Poloniam Legatus pro redimendis *XIII. Oppidis Scepusiensibus*. 1630. 26. Ioan. Pálfaluay deputatur Praelatus ad Iudicia *Partium Superiorum*. 1647. 103. Maior Franc. Somogyi deputatur Praelatus Tabulae ad Iudicia in Partibus superioribus. 1649. 76. Deputatur ad complanationem metarum Regni versus *Transyluaniam*. 1649. 72. Mai. Andr. Makchay deputatur ad rectificandos abusus *Tricesimarum*, et reformandum *Vectigal* in Partibus superioribus. 1655. 100. Idem deputatur ad controuersias *Ciuitatum Scepusiensium* Commissarius 1659. 32. Mai. Ioan. Kiss deputatur ad elaborandum Systema in Politicis, Militaribus, et Oeconomicis. 1715. 59. Mai. Franc. Miklóssy deputatur ad Commissionem limitaneam versus *Transyluaniam*. 1791. 68. 1802. 26. *De Castro Praepositus* S. Petri Ios. Zabraczky Deputatus in Publico-Politicis 1791. 67. *Vicarius*, aut *Lector* intersit qua Praelatus Iudiciis *Eperiesiensibus*. 1572. II. 4. Vicarius Franciscus Pankotay intersit Iudiciis in Eperies 1574. 17. Idem, aut Lector Paulus Zegetky, vel Cathedralis Mich. Sciscianus Iudiciis *Partium Superiorum* intersint 1575. 3. Vicarius Praepositus B. M. V. Alb. Czeglédy, deputatur pro Praelato Tabulae ad Partes Superiores 1638. 23. Lectoris, Canonici, Vicarii, et Auditoris Genera-

neralis Georgii Foglár fundatio *Agriae Studii Iuris dici* inarticulatur, 1741. 44. *Custos*, et Canonicus Ios. Zabraczky in Publico Politicis Deputatus. 1791. 67. *Canonicus* Ioan. Cheh nominatur pro Praelato Tabulae in Partibus Superioribus. 1635. 14.

ab Aichelberg Praedicatum C. Kheuenhiller Indigenae 1649. 100.

ab Alak nomen, et Praedicatum familiae. 1441. Concl.

Albae-Regali quotannis in festo S. Stephani solennizetur. 1222. 1. 1231. 1. 1267. 8. Quotannis semel omnes Barones, et Nobiles ad Congregationem conueniant. 1291. 31. Andreas III. Rex *Coronatus* edidit Decretum 1291. Exord. Datum Decretum Wladislai I. R. 1440. Concl. Praelati, et Barones edidernnt literas *Congregationis Pestiensis* conuocatorias. 1445. 12. 19. 1446. Exord. Anno 1445. Circa festum B. Dorotheae fuit Congregatio Praelatorum, et Baronum 1447. 17. In eadem edita *statuta* in vigore permaneant. 1447. 32. Ibidem celebranda *Diaeta* 1453. 3. 6. celebrata Generalis Congregatio, et Mathias I. Rex Coronatus, confirmauit Decreta Andreae II. Ludouici I. et Sigismundi Regum, quibus et suos Articulos addidit. VIII. Id. April. 1464. Exord. et Concl. 1478. 14. Quod prouocatur 1468. 1. 8. 16. 1471. 3. et confirmatur 1470. 2. 3. 6. 7. 1472. 15. Super eo obseruando petuntur Assecuratoriae. 1475. 1. Celebrata Diaeta Coronationis Ferdinandi I. R. et condita in eadem constitutio 1528. 2. *Ciuitatis* Ciues a *Vineis*, et *Agris* in aliorum terris possessis Nonam soluant, 1498. 41. Pertinet ad bona, et *prouentus* Regios inabalienabiles. 1514. 3. Usque hanc Ciuitatem, nec vltra, *pecora* de Regno educantur. 1514. 66. Quoad eius *libertatem* postliminio habebitur Priuilegiorum ratio. 1715. 37. *Tricesima* ibidem in-

interim non aboleatur. 1498. 29. *Telonium* sufferatur. 1723. 15. *Querela* Ciuitatis, intuitu prati, per Praesidiarios violenter occupati complanetur. 1751. 32. Ciuitas *amissa* 1556. 39. Eo deputantur *gratuiti labores* Comitatuum *Mosoniensis*, *Sopróniensis*, *Comaromiensis*, *Iaurinensis*, et *Processus* Comitatus *Castriferrei* 1602. 14 Eo *Vallones* transferantur. 1602. 24. Ad hanc vrbem emicuit Archiducis *Mathiae* militaris virtus. 1602. 25. Eo pro *vectura* victualium, et tormentorum offeruntur currus, et iumenta 1602. 11. ad reuisionem illi oppositorum *Confiniorum* A. 1609. deputati fuerunt Commissarii 1613. 17. *Capitulum* restauretur. 1765. 10. *Praepositus* eius ex Priuilegio est Vice Cancellarius Regis. 1291. 9. Praepositus Aulae Vice Cancellarius expedit Decretum 1291. Concl. Praepositus *Maior*, et *Minor* cum Capitulo debet tenere Equites Centum. 1498. 20. Ex Bonis illius Praepositurae deputantur gratuiti labores ad *Sümeg*, et *Cómár*. 1556. 7. Ex Bonis *Custodiatus* in Comitatu *Szalad.* gratuiti labores deputantur ad *Tihan*. 1635. 92. 1659. 130. Custos Taxam Indigenatus 1000 Aureorum deponat. 1741. 17. Praepositus, et *Canonicus* Sigismundus Grubanouich deputatur in Grauaminibus. 1791. 67. *Episcopus* Nic. Milassin 1791. Concl. 1792. Concl. 1796. Concl. 1802. Concl.

Albensis *Comitatus* adnumeratur *Tabulae* Districtuali Iudiciariae *Trans-Danubianae Ginsiensi*. 1723. 31. Eius cum *Capitulo Vesprimiensi* controuersia ratione *Quartae Decimarum* complanetur. 1504. 13. In illo situatum Castrum *Palata* Nicolai Vaiuodae stare permittitur. 1445. 4. *Supremus Comes* Franciscus Eszterházy deputatur ad recipienda ex Archiuis, et Locis Credibilibus Acta, eo non pertinentia ad Archiuum Regni. 1723. 45. Supremus Comes Franciscus de Na-

Nadasd deputatur in Grauaminibus. 1791. 67. *Vice Comes*, et *Ablegatus* Diaetalis Thomas Marics deputatur in Vrbarialibus. 1791. 67. *Gratuiti labores* deputantur ad *Palota* 1567. 17. 1569. 19. 1578. 27. Hactenus eo deputati conuertantur ad *Wesprimium* 1608. 15. P. C. 1613. 8. 1618. 49. 1622. 36. 1630. 3. Ad *Tata*, *Gesztes*, et *Vesprimium* 1635. 92. Ad *Gyarmáth*. 1647. 153. Ex Pertinentiis Arcis *Gesztes* in eodem Comitatu gratuiti labores deputantur ad eandem Arcem. 1622. 36. Huius Comitatus *Sedis Solth* causas Comitatus *Pestiensis* discutiat. 1569. 52. Huius Sedis *gratuiti labores* deputantur ad *Haindcskö*, *Somoskö*, *Hollókö*, et *Buiák*, 1608. 15. P. C. deinde ad *Vácz* 1618. 49. *Alba* vid. *Nandor-Alba*.

Albae Transylvaniae Electus, et Confirmatus *Episcopus* Ladislaus Geréb Apostolicae Sedis Legatus 1486 Concl. 1492. Concl. 1500. Concl.

Albaei Praepositi Georgii Foglár Fundatio Studii Iuridici *Agriae* inarticulatur, 1741. 44.

supra Albim Praedicatum Ducis Saganensis Indigenae. 1659. 131.

Albimontis Comes Titulus Regum Hung. ex Domo Austriaca. 1791. 1792. Exord. et Art. 2. 1796. 1802.

ab Albrechtsburg Praedicatum Indigenae Albrecht. 1687. 29.

de Alcala, Ordinis Commendator Ios. Folch Indigena. 1715. 133.

Alemannorum per incursiones fines Regni distracti erant. 1486. Exord. *Alemanniam* versus *metae Regni* rectificentur. 1498. 28. Alemannicales, seu *Germanici* Cruciferi, et Grossi in Regno recipiantur. 1522. 14. Vide reliqua sub voce *Germania*.

Al-

Algarby Rex Titulus Caroli VI. Imp. et Regis Hungariae 1715. 2.

Algecirae Rex Titulus Caroli VI. Imp. et Regis Hungariae 1715. 2.

ad Alibánealva alias praestiti gratuiti labores deputantur ad *Kapornak* 1630. 3.

Almás Possessionis gratuiti labores deputantur ad *Comaromium*. 1622. 36. 1635. 92. 1649. 86. 1655. 116.

Almisiensis Electus Episcopus Georgius Fenyessy 1681. Concl. deputatur ad rectificandas metas versus *Silesiam*. 1681. 23. Lad. Pyber. 1715. Concl. deputatur ad Commissionem limitaneam versus Silesiam. 1715. 39. Iam demortuus 1723. 17. Paulus Olasz 1723. Concl. 1729. Concl. PaulusBartakouich 1741. Concl. 1751. Concl. Steph. Nic. Iaklin 1765. Concl. Emer. Vaikouich 1791. Concl. 1792. Concl. 1796. Concl.

de Alphama diui Georgii Ord. Commedator Ios. Folch Indigena. 1715. 132.

Alsatiae Landgrauius Titulus Regum Hungariae ex Augg. Domo Austriaca. 1715. 2. 1741. Exord. et Art. 2. 1751. 1765. Exord.

Alsó-Eör in Poss. Com. Castrif. Inscriptionarius Honorius Königspergher Nobiles unius Sessionis nulla molestia afficiat. 1547. 37.

Alsó-Hrichó in Poss. Com. *Trenchiniensis* restituitur Euangelicis templum. 1647. 6.

de Alsó-Lindva Nomen, et Praedicatum familiae 1444. Concl. Familiae Bánffy 1498. 22. 1527. 1. 1542. Pos. 43. 1625. 51. Concl. 1630. Concl. 1635. Concl. 1638. Concl.

Alsó-Lendva, *Alsó-Lindva* necessariis *firmetur*. 1601. 29. *Pedites* 50. teneantur. 1655. 3. Eo deputantur *gratuiti labores* ex propriis Pertinentiis; item ex Pertinentiis *Szemenye*, et *Districtu Chermencz-*

Szeg.

Szeg. 1618. 49. seu *Chernek-Szeg.* 1622. 36. Tantum ex propriis Pertinentiis 1630. 3. Qui antea 1635. 92. Ex Pertinentiis Bonorum eius *Sz. Miklós*, et *Tóthfalú* gratuiti labores deputantur ad *Kányavára* 1647. 153.

in Alsó-Meczenzeff. Com. *Abaujuár.* restituitur Euangelicis Templum. 1647. 6. Huic villae quoad excessus in declinanda iurisdictione Comitatus statuitur modus 1638. 67.

Alsó-Misztótfalu Oppidum Com. *Szathm.* taxetur. 1647. 30.

Alsó-Sicz Poss. Pertinentiae Dominii *Pernstein* differentia metalis cum Nobilibus in *Felseö-Eör*, ad rectificationem metarum Regni reiicitur. 1638. 37.

ab Alster Praedicatum Indigenae Comitis a Salm 1765. 46.

ab Alta-Osterwitz Hereditarii Domini titulus Indigenae C. Keuenhiller 1638. 73.

Altemill Molendini ab Heredibus Thomae de Nadasd per Gundakerum a Polhaim ablati intuitu commissio controuersiam complanet. 1659. 84.

de Altenburg Comes scribitur C. de Bönninghausen Indigena. 1681. 82.

ab Althan Nomen, et Praedicatum familiae. 1622. 63.

Amalffi Dux in Indigenam recipitur. 1655. 118.

in Ambticz Praedicatum Maximiliani a Löben 1606. Lit. Boh. etc. Hung. datae.

supra, et infra *Anasum* in Austria Hereditarius Marschallus C. a Stahrenberg. 1723. Exord.

Andráshida Poss. Com. *Szalad.* gratuiti labores deputantur ad *Egerszegh* 1630. 3.

in Angern Domini, titulus C. Kinszky Indigenae 1723. 124. 1729. Exord.

in

in Anholdt L. Baronatus titulus Indigenae C. a Gronsfeldt. 1715. 134.

in Ankalt Dynastae titulus indigenae Principis Salmensis. 1687. 27.

Ansariensis Electus Episcopus Ioan. Kiss. 1715. Concl. Senior. 1723. Concl. 1729. Concl. 1741. Concl. Deputatur ad elaborandum systema in Politicis, militaribus, et Oeconomicis. 1715. 59. Paul. Orosz 1751. Concl. Emer. Okolichányi 1791. Concl. 1792. Concl. Paul: Rosos. 1796. Concl. 1802. Concl.

de Anwal. Nomen, et Praedicatum familiae. 1444. Concl.

in Apácza-Szakálos Com. Comarom. restituitur Euangelicis templum 1647. 6.

de Apay Nomen, et Praedicatum familiae. 1444. Concl.

Apaiócz est locus antiquus Tricesimae filialis ad *Nandor Albensem* capitalem 1498. 34.

in Appen Dominii titulus Indigenae C. a Gronsfeld 1715. 134.

Apon v. *Nagy-Apon*.

Aponyi Comitum familia scribitur cum Praedicato de *Eadem*. 1791. 67.

Aquisgrani Sigismundus primam Coronam *Regni Romanorum* suscepit. 1435. II. Exord. §. 2.

Aradinensi *Orodinensi* in Comitatu contra malefactores *Iudicia Generalia* celebrentur. 1478. 7. De 24. Portis unus armatus *Huszarus* teneatur. 1498. 16. *Donationes* Ioannis Regis maneant in vigore 1552. 21. Donationum Iosephi II. confirmatio in suspenso relicta, et Bona in minora Corpora diuisa conferantur. 1791. 36. Comitatus Regno *reincorporetur*. 1715. 92. *Loca militaria* Hungariae subiiciantur. 1741. 18. *Supremus Comes* Paulus Almássy in Contributionalibus de-

deputatus. 1791. 67. Iunior 1802. 5. *Vice Comes* deputatur ad rectificationem limitum Regni versus Transyluaniam 1751. 26. 1765. 16. In *Districtu* Capitalis *Tricesima* in *Arad* cum suis Filialibus stabilitur. 1715. 91. Nempe in *Boros-Ienö, Gyula, Bechke, Radna*, vel *Tothvárada*. Ibid. *Administratio* Applicetur ad Cameram Hungaricam. 1715. 18.

de Aragonia Ipolytus Estensis Cardinalis, et Episcopus *Agriensis* 1498. Concl. 1500. Concl. 1504. Concl. 1514. Concl. Cardinalis, et Archiepiscopus *Strigon.* 1495. Concl. Octauius in Indigenam recipitur. 1655. 118.

Aragoniae magnus Conestabilis, et Admiralius Ios. Folch in Indigenam recipitur. 1715. 132.

Aragonum Rex scribitur Carolus VI. Imp. et Rex Hungariae 1715. 2.

de Arantos-Medgyes Praedicatum familiae Somogyi 1791. 67.

Arbensis Electus Episcopus Paulus Spaczay. 1715. Concl. 1723. Concl. 1729. Concl. 1741. Concl. deputatur ad reuisionem Controuersiae metalis inter Dominia *Sztrechen*, et *Budetin*. 1715. 142. Iosephus Szent-Illonay 1765. Concl. C. Caietanus a Sauer. 1791. Concl. 1792. Concl. 1796. Concl. 1802. Concl.

Archy est locus antiquus Tricesimae filialis ad Capitalem *Nándor-Albensem* 1498. 34.

Ab Archo Nomen, et Praedicatum Indigenae. 1563. 77.

de Ardechius Praedicatum Indigenarum 1659. 133.

de Ardó Plebani prouentus reuideantur, vt Gentes exinde teneantur. 1525. 14.

Arquatae S. R. I. Marchio titulus Iulii Spinola Indigenae 1681. 82.

de

de **Artand** nomen, et Praedicatum familiae 1518. 40. Bach. 1519. 27.

Arthesiae Comes Titulus Mariae Theresiae Reginae Hungariae. 1741. Exord. et Art. 2. 1751. 1765. Exord.

de **Arva** Castellanus Arendator Camerae de *Kremnycz*. 1342. §. 1. Est locus Capitalis antiquus *Tricesimae* 1498. 34. *Arx* redimatur. 1552. 33. *Comitatus ultra Tybiscum* in *Partibus Superioribus* constitutus. 1546. 32. pro quo *Iudicia* celebrentur. Ibid. Pro festis Epiphaniarum, et Iacobi. 1548. 19. Adnumeratur *Tabulae Districtuali* Iudiciariae *Cis-Danubianae Tyrnauiensi*, 1723. 31. Iuxta vetera Priuilegia *Salibus Polonicis* vtatur. 1548. 29. Ab inducto tamen tali sale desumatur Vectigal 1681. 15. Ceterum relinquitur illi liber vsus Salis Polonici. 1715. 13. Nominantur in eo loca *liberi exercitii* religionis. *Felsö-Kubiny*, et *Sztepnye*. 1681. 26. *Incolae* illius non vexentur per officiales *Galgóczenses*, et *Sempthenses* in Nauigatione fluuii *Vagi*. 1638. 65. Ad reuidendam *controuersiam* eius *metalem* cum *Polonis* nominantur Commissarii 1582. 6. 1588. 33. Ad eius Supremum Comitem dentur Mandata intuitu *controuersiae* cum *Silesitis* 1655. 30. Controuersia eius cum Comitatu *Lyptouiensi* de eo, ad quem eorum pertineat Poss. *Malatina*, reuideatur. 1659. 65. Comitatus *Partium Superiorum* in exercitum *Pedites Pixidarios* ducat. 1518. 6. Toln. 1523. 18. Nobiles eius cum Pixidariis more exercituantium, et non in *Kocsy* conueniant ad *Hatvan*. 1525. 31. *Militent* sub Capitaneatu Ioan. Balassa 1555. 4. *Gratuiti* eius *labores* deputantur ad *Leua*, 1556. 16. Non amplius ad *Leua*, sed ad *Vetusolium* 1557. 6. Gratuiti labores deputantur iterum ad *Leua* 1635. 92. 1647. 153. Suppleat restantias gratuitorum labo-

Lincii vltima die mensis Aprilis edidit Ferdinandus I. Rex Responsum ad Articulos *Nouizolienses*. 1542. ℞. Concl. Pro legatis eo missis destinatorum sumtuum residuum conuertatur ad restaurationem Domus Regnicolaris. 1618. 40. In *Arce* die 16. Dec. 1645. Datum Diploma Pacificationis cum Principe *Transyluaniae*. 1647. 5. Ibidem Pacificationis Articuli confirmantur. 1659. 1. Cond. 1. Articuli de negotio Religionis Pacificationis *Lincensis* ranouantur. 1791. 26.

Lindaugiae Princeps Titulus Francisci. II. Rom. Imp. et Hung. Regis. 1805.

de Lindenheimb Praedicatum Indigenae B. Locher 1715. 135.

de Lindua nomen, et Praedicatum familiae Lendvay 1384. Concl. 1468. Concl. Praedicatum familiae Bánffy. 1486. Concl. 1492. Concl. 1495. Concl. 1498. Concl. 1500. Concl. 1514. Concl.

Lindua *Castrum*. vid. *Felseó Lindua*. 1646. 138. et V- *Alsó - Lindua*.

a Lioni L. B. titulus Iosephi Folch Indigenae 1715. 132.

Lipche Castrum restituatur Nobilibus Dóczy, et Lipchey de *Nagh-Luche*. 1542. Nov. 10. 11. ℞. ad Art. 10 1542. 6. Poson. 1545. 46. Extraneis illegaliter Collatum est. 1599. 31. Ab. Exteris deposita Summa Inscriptionali per Hungaros redimatur. 1608. 23. A.C. Cum non sit Confinium Regni, externi milites inde educantur. 1608. 12. A. C.

in Lipnik ad *Calapim* stabilitur Capitalis Tricesima. 1715. 91.

Lippam Turcis ereptam Princeps *Transyluaniae* Domino terrestri restituat. 1656. 35.

Liptouiae Dux Ioannes Coruinus. 1495. Concl. 1500. Concl. 1504. Concl.

Liptó. *Liptouiensis Comitatus vltra Tybiscum* in *Partibus Superioribus* constitutus 1546. 32. Est terminus *Partium Superiorum*. 1563. 24. 25. 1566. 21. Eius metae versus *Poloniam* reuideantur. 1596. 47. Ad controuersiam eius ratione metarum Dominii *Murán* deputantur Iudices. 1655. 101. Eiusdem Controuersia cum Comitatu *Aruensi* ad quem pertineat Poss. *Malatina* reuideatur. 1659. 65. Ab eo vsque *Danubium*, te *Transyluaniam* Confinia, et Prouentus Regios inquisituri nominantur Commissarii. 1588. 10. Pro eo *iudicia Posonii* pro festis Lucae, et Georgii celebrentur 1548. 19. Ab eodem *Cassouiam* versus pro *Partibus Superioribus Tyrnauiae* celebrentur Octavae 1569. 39. Adnumeratur *Tabulae* Iudiciariae Districtuali *Cis Danubianae Tyrnauiensi*. 1723. 31. Iuxta vetera Priuilegia *Salibus Polonicis* utatur. 1548. 19. Eidem relinquitur liber vsus *Salis Polonici*. 1715. 13. In eius Poss *Teplá* templum numero 90. templorum addatur. 1649. 11. In eodem *Hybe*, et *Nagy-Palugya* nominantur pro loco liberi exercitii religionis 1681. 16. Ex eius *Syluis* pro fabrica Confiniorum ligna administrentur. 1600. 11. 1601 22. Eius *Incolae* per Officiales *Galgóczienses*, et *Sempthenses* non impediantur a nauigatione *fluuii Vagi*. 1638 63. Ad eundem communia onera ferat Oppidum *Botsza-Bánya* 1715. 96. *Liptouiensis Comes* Lad. Rikalf. 1444. Concl. Stephanus Illesházy fuit Plenipotentiarius ad Pacif. Vien. 1606. §. 1. Lit. Hung. Bohemis. etc. datae. Pacif. Situatorok. *Supremus Comes* Nicolaus Illeshazy deputatur ad rectificandas metas Regni versus *Silesiam* 1687. 15. Comites Perpetui sunt CC. Illéshazy. 1715. 39. Concl. 1723. 17. 1751. 26. 1765. 16. Perpetuus, et Supr. Comes Ioan. Illésházy in Iuridicis. deputatus. 1791. 67 *V. Comes* deputatur ad rectificandas metas Regni versus *Poloniam*. 1618. 12. *V. Comes* et *Ablegatus Diae-*

talis

talis deputatur ad Commissionem limitaneam versus *Silesiam*. 1791. 68. Pertinet ad *Partes Superores*, et in exercitum Pedites pixidarios secum ducat. 1518. 6. Toln. 1523. 18. Eius Nobiles Cum Pixidariis more exercituantium, et non in Kocsy ad Conuentum *Hatudniensem* conueniaut. 1525. 31. *Militent* sub Capitaneatu Ioan. Balassa. 1555. 4. Non ad *Leua*, sed ad *Vetusolium* *gratuitos labores* peragat. 1557. 6. Eius *gratuiti labores* deputantur ad *Leua* 1556. 16. Ad *Leua*, et *Korpona*. 1559. 28. 1567. 17. Ad *Leua*, *Bakabanyá*, *Bozok*, et *Corpona*. 1569. 19. Ad *Viglés*. 1578. 27. Ad *Bakabánya*. 1635. 92. Ad *Filek*. 1609. 61. 1613. 8. 1618. 49. 1622. 36, 1681. 7. Ad. *Gyarmáth*. 1602. 14. 1608. 15. P. C. 1638. 70. 1647. 153. Ad *Déuen*. 1604. 8. §. 10. ex auth.

de Liptó - Tepla Praedicatum familiae Dvornikouich 1791. 67.

Liptó - Viuár inter, et *Muran* Dominia controuersas metas Palatinus decidat. 1715. 40.

de Liszka nomen, et Praedicatum familiae. 1444. Concl.

Liszka Oppidum restituatur Capitulo *Scepusiensi* 1567. 32. *Oppidum* Praepositurae *Scepusiensis* fundationale erga accordam conceditur Stephano Bochkay, 1605. Pacif. Vien. ad Pers. Comit. Zemplin Tricesima filialis sufferatur. 1635. 30.

Lythvaniae Princeps Titulus Wladislai I. Regis Hung. 1440. Exord.

a Lobenstein Praedicatum Indigenae C. Stahremberg. 1647. 155.

de Lobkovitz Praedicatum Indigenae Popel. 1572. I. 10.

Lobne Poss. Comit. *Trenchin*. differentia peremtorie determinetur. 1659. 64.

Lo-

LODOMERIAE. Rex Titulus Regum Hungariae. 1222. 1231. 1351. 1405. I, II. 1435. II. 1440. 1464. 1486. 1492. 1495. 1498. 1500. 1504. 1514. 1715. 2. 1741. Exord. et Art. 2. 1751. 1765. 1791. 1792. Exord. et Art. 2. 1796. 1802. 1805.

de LODOMERCZ Praedicatum familiae Bradach. 1500. 21.

in LOKIVA stabilitur Capitalis Tricesima. 1715. 91.

LOMBARDIAE in *Partibus Mediolani* Sigismundus Rex secundam Coronam Regiam Romani Imperii suscepit. 1435. II. Exord. §. 2.

de LOMNICZA Praedicatum familiae Skerlecz. 1792. 67.

LÓNYA. v. *Nagy-Lónya.*

LOSSONCZ Oppidum A. 1622. d. 3. Nov. invadentes, qui 130. personas trucidarunt, et a Ciuibus 3000. fl. per torturam extorserunt, citentur, et puniantur 1625. 17

de LOSSONCZ nomen, et Praedicatum familiae 1492 Concl. 1498. 22.

LOTHARINGIAE Dux Titulus Regum Hungariae ex Augg. Domo Austriaca: 1741. Exord. et Art. 2. 1765. 1791. 1692. Exord. et Art. 2. 1796. 1802. 1805.

LOTHARINGIAE Dux edidit Amnistiales quae seruantur. 1687. 5. Carolus Alexander in Indigenam recipitur. 1741. 66. Franciscus in Corregentem acceptatur. 1741. 4. *Ducis Caroli* Consiliarius et Praeses Baro de Canon in Indigenam recipitur. 1687. 29.

in LOVOSITZ titulus Adami Baronis a Waldstein. 1606. Lit. Boh. Hung. datae. Iam Indigenae. 1635. 93.

in Lövö Equites 80. Pedites 78. teneantur. 1655. 3. Eo deputantur *gratuiti labores* ex propriis pertinentiis 1613. 8. Comitatus *Szalad.* ad *Castellum* deputantur labores ex propriis pertinentiis. 1618. 40. 1622.

36. Ex propriis pertinentiis et Poss. *Mind-Szent*, *Poor Szombattya*, *Vaspér*, *Harsád*, *Barsa*, *Barrabas*. 1630. 3. Qui antea. 1635. 92. Ex Poss. *Hashagy*, *Baksa*, et *Pórszombattya*. 1649. 86. 1655. 116. Poss. *Szöcse*, et *Szent Iakab*. 1681. 7.

de Löweld *Lövöld* Prior maneat penes Priuilegium deponendi iuramenti per Procuratorem 1550. 64. *Carthusienses* Banderium teneant. 1498. 15. Debent tenere Equites 200. 1498. 20. Ex eius Bonis deputantur gratuiti labores ad *Sümeg*, et *Comar*. 1556. 7.

Lublyo Castrum cum pertinentiis Comit. *Scepus*. a *Polonis* redimatur. 1608. 20. A. C. 1609. 38. 1622. 2. Cond. 15. 61. Cum XIII. *Oppidis*. 1638. 1. Cond. 15. Circa eius redemtionem renouantur Articuli 1635. 38. Castrum *Lublyan* a Polonis ex pignore redimatur. 1655. 82. Circa eius redemtionem renouantur Articuli. 1659. 40. Redimatur cum *XIII. Oppidis Scepus*. 1715. 45. Circa eius cum Dominio redemtionem renouantur Articuli. 1729. 11. Eadem redemtio vrgetur. 1751. 11. 1765. 15. Pro eius *cum XIII. Oppidis* redemtione deputatur ad *Poloniam* Legatio. 1630. 26. 1635. 67. 1638. 39. 1647. 72. 1649. 28. Instituatur Commissio. 1618. 10. Circa eius redemtionem *Poloni* certificentur. 1608. 8. P. C. Idem cum XIII. *Oppidis Scepusiensibus* Georgius Széchényi A. Episcopus *Colocensis* aere suo se redemturum promisit ita, vt vita comite ea possideat, post fata sua ad rationem confiniorum natiuorum *superioris Hungariae* articulariter destinentur. 1681. 24. Regno reapplicandum. 1659. 1. Cond. 15. Ad rectificandas metas eius Villarum nominantur Commissarii 1604. 15. Pro rectificatione metarum cum Polonis in eius pertinentiis deputantur Commissarii. 1618. 12. Grauamina Comitatuum *Sáros*, et *Scepusiensis* contra excessus Possessorum eius per Commissionem complanen-

tur.

1792.

1792. Exord. et Art. 2. Sed A. 1805. ponitur inter Titulos Comitum.

Lusatia a Corona Hungariae non alienanda. 1490. 1492. 4. Super eius iuramento fidelitatis Regi Hungariae Rex det Regnicolis literas Testimoniales. 1498. 24. Eam cum sex Ciuitatibus Rex eliberabit. 1498. 25. Super eius, et sex Ciuitatum Inscriptione Regnicolas Rex edoceat. 1504. 20. Cum *Inferiore, et Superiore* Ferdinandus tractauit de defensiua Regni expeditione 1543. R. §. 11. *Superioris, et Inferioris Marchionatuum* statibus et OO. nomine Hungarorum datae literae asseccuratoriae de obseruanda reconciliatione *Viennensi.* 1606. d. 23. Sept. *Superioris et Inferioris* legati ad Pacificationem *Viennensem* subscribunt literas Asseccuratorias de eadem obseruanda Hungaris datas 1606. d. 16. Sept. Superioris Prouincialium Senior Ioan. Fabianus a Ponikaw. 1606. Lit. Boh. etc. Hungaris datae.

Lusznensis Vayuoda Bertholdus Eldenbach. 1468. Concl.

M.

de Macedonia nomen, et Praedicatum familiae. 1518. 40. Bach. 1519. 17.

Macha Poss. gratuiti labores deputantur ad *Comaromium*. 1622. 36.

Máchéd Poss. Comit. *Poson*. vid. *Nagy-Máchéd.* 1747. 6.

de Machkás nomen, et Praedicatum familiae. 1495. Concl. Familiae Tárnok. 1498. Concl. 1500. Concl.

de Machow Banus Dominicus 1351. Concl. Stephanus. 1384. Concl. Ioan. de Maroth. 1405. I. Concl. Deseö, et Lad. de Gara. 1435. II. Concl. Iuramentum Iudicum deponat 1435. II. 1. Pridem Banus Lad. de

Maróth

Maróth. 1444. Concl. Emer. de Hedrehvára. 1444. Concl. Nicolaus de Ujlak. 1464. Concl. Spondet penes Mathiam R. de non exigenda Contributione. 1470. Concl. Laurentius Dux de Ujlak. 1492. Concl. Deponat iuramentum Iudicatus 1492. 33. Banorum in sede Iudicia Octaualia non celebrentur. 1478. 11.

de Maczadonya Praedicatum familiae Danch. 1444. Concl.

Maczal Poss. Comit. *Simig.* gratuiti labores deputantur ad *Szalavár.* 1659. 130.

in Maczen Domini titulus C. Kinszky. 1723. Exord. et. 124. 1729. Exord.

Magdeburgensis Canonicus Otto Frid. a Puchheim recipitur. in Indigenam. 1638. 73.

Magyar Poss. Comit. *Poson.* vid. Nagy-Magyar. 1746. 6.

Magyarad Poss. Comit. Szalad. condescendit ad locum desertum. 1622. 36.

de Magyarbél Praedicatum familiae Bosnyák. 1625. Concl. 1630. Concl.

Magyarfalua in Poss. stabilitur Tricesima filialis ad *Gaiarensem.* 1715. 91.

Mahlbergh Dynastiae titulus Marchionum Badensium Indigenarum. 1681. 81.

Maioricarum Rex Titulus Caroli VI. Imp. et Hungariae Regis. 1715. 2.

in Mayrhoffen Dominus, titulus Indigenae a Königsberg. 1622. 79. Item Indigenae a Tieffenbach 1622. 79.

Maiten Villae declinationis iurisdictionis Comitatus modus statuitur. 1638. 67. Oppidum Comit. *Szathmár.* taxetur 1647. 30.

Maythausin L. Baronatus titulus C. a Cavriani Indigenae. 1659. 131.

Ma-

Makariensis Episcopus Iacobus. 1384. Concl. Vacat. 1435. II. Concl. El. Episcopus Waltherus de Schoppen. 1715. Concl. Paulus Ignat. Néuery 1723. Concl. 1729. Concl. Stephanus Keczer. 1741. Concl. 1751. Concl. C. Sigismundus Keglevich 1765. Concl. 1791. Concl. 1792. Concl. 1802. Concl. 1805. Concl. 1769.

in Makó Tricesima filialis ad *Szegedinensem* stabilitur 1715. 91.

de Makofalua. nomen, et Praedicatum familiae 1444. Concl.

Makouicza Arcis intuitu familia Balassa, et Sigism. Rákóczy non impediantur. 1606. Pacif. Vien. ad 12.

Mala Poss. differentia intuitu Contributionis sopiatur. 1651. 38.

Malaczka est locus antiquus filialis Tricesimae ad *Posoniensem* Capitalem. 1498. 34.

Malatina de Poss. an in *Aruensi*, vel *Liptouiensi* Comitatu sit, et metarum eius Controuersia reuideatur. 1659. 65.

Manesdorff Dominium, alias *Sárfennek* qua Bonum Reginale a 20. Domibus singulos Pedites expediat 1365. 5. Pro eius reincorporatione Regnicolae instant. 1681. 23. Ad insurrectionem concurrat. 1681. 46.

in Manetin Domini titulus C. Laschanszky Indigenae. 1681. 82.

de Mannsperg Praedicatum familiae Schröffl Indignae. 1802. 34.

Mantuae Dux Titulus Regum Hungariae ex Augg. Domo Austriaca 1741. Exord. et Art 2. 1751. 1765. 1791. 1792. Exord. et Art. 2. 1796. 1802.

Mantuae Marchionis Praedicatum nomen Indigenae de Gonzaga. 1659. 132.

Mantuae Ducatus et Ciuitatis Gubernator Hassiae Landgrauius in Indigenam recipitur. 1715. 133.

Ma-

Manya. v. *Nagy - Mánya.*

Maracz Poss. Comit. *Castrif.* gratuiti labores deputantur ad *Mogyoros.* 1630. 3. Ad *Tothfalú.* 1638. 70.

Marchiae Sclauonicae Dominus Titulus Regum Hung. ex Augg. Domo Austriaca. 1715 Art. 2. 1741. Exord. et Art. 2. 1751. 1765. 1791. 1792. Exord. et Art. 2. 1796. 1802. 1805.

Marmaros Comit. *Vltra Tybiscum* in *Partibus Superioribus* constitutus 1546. 32. In iuridicis et Politicis Regno *reapplicandus* 1715. 92. Eius (qui in *Transyluania* esse supponitur) Controuersia metalis per Commissionem limitaneam versus *Transyluaniam* ordinatam Complanetur. 1638. 41. Eiusdem Controuersiae limitaneae cum *Districtu Transyluanico Bisztriczensi* discutiantur. 1765. 16. Querimoniae contra excessus Polonorum, XIII. *Oppidorum Scepusiensium* complanentur. 1741. 45. Pro eo *Posonii* Iudicia celebrentur pro festis Lucae, et Georgii 1548. 19. In eo peragat executiones Capitulum *Agriense.* 1550. 63. Fiant more solito *executiones* sub impetrando a Rege Sigillo. 1600. 25. Contra eius *Nobiles* seditionis rusticanae complices inquiratur per Comitatus *Vgocha*, et *Beregh*, 1514. 34. *In eodem* Castellum *Sztropko* aboleatur. 1471. 29. *Quinque Oppidorum Huszt, Visk, Ierkeö, Hoszszumezeö*, et *Szigeth* Salinarii praeter loca inductionis et eductionis, nuspiam Tricesimam, aut Vectigal soluant. 1655. 109. Eius *auxilia* conuertantur ad *Varadinum.* 1599. 11. *Subsidium* pro intertentione militum *Varadinensium* conuertatur. 1600. 9. 1602. 3. *Dica* in earum Partium defensionem conuertatur. 1601. 3. *Supremus Comes* C. Iosephus Haller in Publico-Politicis deputatus 1791. 67. *V. Comes* deputatur ad rectificationem limitum Regni versus *Poloniam.* 1751. 26. 1765. 16. Versus *Transyluaniam.* 1723. 17. 1751. 26. 1765. 16. 1791. 68. 1802. 26.

Maramarosiensibus in *Partibus* Camerae Salium Regi resignentur. 1444. 2. 4. Thesaurario resignetur 1518. 15.Bach. Coronae remittantur. 1519. 11. Occupatae, Mariae Reginae remittantur 1542. 5. Noviz. ad 10. Salis distrahendi modus. 1474. 1. Camera reformetur. 1548. 29.

March Villae intuitu controuersia metalis inter Praepositum *Chornensem* et Capitaneum de *Kis Mártony* reuideatur. 1678. 18.

Marchensi ex Monasterio exclusionis Episcopi *Svidnicensis* negotium investigetur 1741. 46.

de Marczaly nomen et Praedicatum familiae. 1435. II.; Concl. 1445. 4.

Marczaly Oppidi gratuiti labores deputantur ad *Szent Grót*. 1635. 92.

in Margitha stabilitur Tricesima Capitalis cum filialibus in *Diószegh* et *Szent Iób*. 1715. 91.

de Máriás nomen, et Praedicatum familiae 1444. Concl.

Máritima Nobilitas contra Officiales Cameraticos in Bonis Frangepaniano Fiscalibus via iuris procedat. 1623. 94.

Markusócz Poss. gratuiti labores deputantur ad *Murai Szombath*. 1655. 116.

ex Maros gratuiti labores deputantur ad *Vácz*. 1609. 61.

de Maróth nomen, et Praedicatum familiae. 1444. Concl. 1468. Concl. 1470. Concl.

in Maroth Comit. *Bars*. restituitur Euangelicis templum. 1647. 6.

S. Martini (in *Monte Sancto*) *Montis Pannoniae* sub S. Ladislao Conuentus factus et Decretum conditum. *S.* Lad. II. 1. Abbas debet Equites 200. tenere.

1498.

1498. 20. Per Decimatores Monasterii S. *Martini* inductae pecuniae Sigillares aboleantur in Comitatu *Simigiensi* 1495. 40. Abbas ius suum exigendi pecunias Sigillares in Iudiciis Octaualibus edoceat. 1498. 64. Et quidem in primis Octauis. 1500. 37. Eidem restituantur Bona occupata 1622. 54. Archi Abbas Aegidius Gönczy nominatur Commissarius ad restituenda Bona, in Partibus *CisDanubianis* confiscata 1681. 11. Archi Abbatiae cum Comitatu *Simigiensi* ratione Decimarum initus Contractus inarticulatur. 1729. 45. Arci per Turcas redditibus spoliatae Rex prouideat. 1546. 44. Bonorum eius gratuiti labores conuertantur in propriam munitionem 1557. 6. *Conuentus* pro *loco credibili* restauratur, et expeditiones faciat. 1723. 44. Acta in eodem reperibilia, et qua Loco credibili non propria resignentur Palatino. 1723. 45.

in Martinicz stabilitur Capitalis Tricesima 1715. 91.

ad S. Martinum Comit. *Szabolch.* deputantur gratuiti labores ex Bonis Sigism. Forgach. 1608. 15. P. C. 1613. 8. 1622. 38.

Sz. Marton v. *Györi - Sz. Marton.*

Márton v. *Kis - Marton.*

Mártonos ad Bona Praetensiones familiae Listius Zay, Kékedy. Mosdossy, etc. iure extraordinario reuideantur. 1638. 62.

in Mártonos stabilitur Tricesima filialis ad *Szegedinensem.* 1715. 91.

Mártonyos Oppidum Comitatus *Bachien* est Pertinentia Districtus Coronalis *Cis Tybiscani.* 1791. 7.

Marus Oppidum Comit. *Honth.* taxetur 1704. 30.

Maskfalva in Poss. Comit. *Neograd.* templum numero. 90. templorum addatur 1649. 11.

in Matervet Domini titulus Indigenae Trautson. 1609. 76.

MATHAEI in terra (*Mathyusfölde*) Castra demoliri nolentes cogantur per Mich. Orzagh, et Pancratium. 1445. 5.

MATÓCH villae declinationi iurisdictionis Comitatus modus statuitur. 1638. 67. Oppidum Comit. *Szathmar.* taxetur. 1647. 30.

in MECHÉR Comit *Moson.* restituitur Euangelicis templum. 1647. 6.

MECHLINIAE Dominus Titulus Regum Hung. ex Augg. Domo Austriaca. 1715. Art. 2. 1741. Exord. et Art. 2. 1751. 1795. 1791. 1762. Exord. et Art. 2. 1751 .1765. 1791 1792. Exord. et Art. 2. 1796. 1802.

MECZENZEFF Comit. Abaujv. vide. *Also-Meczenzeff* 1647. 6.

MEDIOLANI Dux Titulus Regum Hung. ex Augg. Domo Austriaca. 2 1715. 1741. Exord. et Art. 2. 1696. 1802.

MEDIOLANI in *Lombardia* Sigismundus Rex secundam Coronam Regiam Rom. Imperii suscepit. 1435. II. Exord §. 2.

MEDIOLANENSIS Legionis Archiducis Francisci Equitum Magister Ios. C. a Lamberg, in Indigenam recipitur 1791. 73.

a MEGGENHAUSEN Praedicatum Indigenae Pucher. 1655. 119.

MEGYÁSSO Oppidum Haydonicale ab excessibus, et recipiendis futigiuis Colonis per Comitatum vi arceatur. 1669. 69. Comit. *Zemplin.* taxetur. 1647. 30.

de MEGIEMECZIA nomen, et Praedicatum familiae 1444. Concl.

MEGYER Poss. Comit. *Comarom.* vid. Nagy-Megyer. 1647. 6. vsque *Megyer* iacet *Insula Ros*, et *Chepel* 1514. 3.

MEDGYES ex Praedio itinerantes ad telonium in *De-*

ue-

uecher diuertere non compellantur. 1647. 91. V. *Aranyos - Medgyes.*

in Meisse Domini titulus Indigenae Traun. 1647. 155.

Mekreth in Districtu depascuationes Confiniariorum abrogentur. 1751. 54.

Meleg Bonorum Causa in Diaeta iure extraordinario reuideatur. 1606. Pacif. Vien. ad 11.

in Melincz stabilitur Tricesima filialis ad *Polydnczensem.* 1715. 91.

Melitensis Ordinis Instantia pro sui reincorporatione ad aliam Diaetam reiicitur. 1715. 87.

in Melts Vice Comes. Titulus Wenceslai de Kolloredo Indigenae. 1765. 46.

de Menche. nomen, et Praedicatum familiae. 1444. Concl.

de Mére nomen, et Praedicatum familiae. 1563. 60. 65. 1567. 26. 1572. II. 5.

in Merény Comit. *Castrif.* restituitur Euangelicis templum. 1647. 6.

Meszléniensium Nobilium querelae contra Episcopum *Iaurin. ratione* oppressionum reuideantur. 1681. 54.

Metlike Districtus Decimarum intuitu Capitulo Zagrabiensi contra Commendatorem Domus Theutonicae Ord. Cruciferorum administretur iustitia. 1647. 119. Eaedem restituantur Capitulo *Zagrabiensi.* 1681. 69. 1741. 53. 1751. 35.

de Mezeoszeged Praedicatum familiae Szegedy. 1805. Concl.

Mezericz Bonorum cum Pertinentiis Controuersia metalis Possessorum Arcis *Beszterczе* reuideatur. 1655. 30.

in Miava stabilitur Tricesima filialis ad *Vágh Uihelyiensem.* 1715. 91.

Mihál. v. *Nagy Mihal.*

de Miháldy Praedicatum familiae Splényi. 1791. Concl. 1792. Concl. 1802. 5.

in Szent Miklós stabilitur Tricesima filialis ad *Munkachiensem*. 1715. 91.

in Miklosdorff Comit. *Moson*. restituitur Euangelicis templum. 1647. 6.

Millesimi Comes Marchio de Caretto in Indigenam recipitur. 1647. 155.

in Millitsch Praedicatum Ioach. a Mulczan. 1606. Lit. Bohem. Ung. datae.

Mind Szent Poss. gratuiti labores deputantur ad *Löuö* 1630. 3. Ad *Egerudr*. 1649. 86. 1655. 116.

Minichoffen Curia CC. Nic. et Ioan, Draskouich in Poss. *Baratfalua* Comit. *Moson*. Abbati *S. Crucis* per externae nationis Commissarios illegaliter adiudicata est. 1659. 120.

Minickwald inter Bona et *Köpchin* ad rectificandas metas versus *Austriam* Commissarii nominantur. 1681. 23.

Minsterbergensis Dux in *Silesia* in Indigenam recipitur 1655. 118.

Mirandulae Dux Franciscus in Indígenam recipitur. 1741. 67.

de Miske nomen, et Praedicatum familiae. 1444. Concl.

Miskiensium Bonorum gratuiti labores deputantur ad *Pápa*. 1647. 153. 1649. 86. 1655. 116.

Miskolcz Oppidum ad Dominium *Dyosgyör* non prius reincorporetur, quam Summae inuestitae repersoluantur. 1715. 104.

Mislensis Praepositus Ioan. Cheh deputatur pro Praelato Tabulae in Partibus Superioribus. 1635. 14.

in

in Mislk Comitatus *Abauiv.* restituitur Euangelicis templum. 1647. 6.

Misniae Marchio Iosias a *Saxo-Coburg* in Indigenam recipitur. 1791. 71.

Misztotfalu Villa vid. *Alsó-Misztotfalu.* 1638. 67.

Mithke Poss. Comit. *Szabolch* intuitu causa contra Fiscum R. relinquitur in cursu iuris. 1578. 37.

Mytna in Poss. Comit. *Zolien.* instituatur noua Portarum connumeratio. 1659. 67.

de Mitrovicz Praedicatum Indigenae Wratislaw. 1715. 133.

a Mladenovecz titulus L. B. a Ruppa Indigenae. 1659. 133.

in Mlagyeiowicz Dominii titulus C. Laschanszky Indigenae. 1681. 82.

Mochonok Oppidi pro Custodia deputet Generalis *Uiuáriensis* Gentes. 1655. 5.

Modor *Modra* Oppidi ad Sessiones diaetales admittendi negotium reiicitur ad futuram Diaetam. 1606. Pacif. Vien. ad 5. An inter Regnicolas locum, et votum habere debeat, deliberabitur. 1608. 6. A. C. Eidem conceditur facultas aedificandi templum Aug. Conf. 1681. 26.

Modrusae Comites Ioan. et Steph. *Dalmatiae*, et *Croatiae* Bani. 1435. II. Concl.

Modrusiensis Episcopus Nicolaus. 1464. Concl. Christoph. 1495. Concl. 1498. Concl. Vacat. 1608. Concl. 1609. Concl. Et *Segniensis* El. Episcopus Fr. Ioan. Bapt. Agatich. 1625. Concl. 1630. Concl. 1635. Concl. 1638. Concl. Fr. Andreas Francisci. 1647. Concl. 1649. Concl. Petrus Mariani. 1655. Concl. 1659. Concl. Idem deputatur ad restitutionem Castri *Berlegh* et reuisionem controuersarum metarum. 1655. 71. Idem. 1662. Concl. Fr. Hyacinthus Dymitri. 1681. Concl. Vacat.

cat. 1687. Concl. C. Adam Bened. Ratkay. 1715. Concl. *Modrusiensis* seu *Corbaviensis* et *Segniensis* Episcopus Nic. Pohmaieuich. 1723. Concl. 1729. Concl. Ioan. Ant. de Benzoni. 1741. Concl. Georgius Chiolich. 1751. Concl. Pius Manzador. 1765. Concl. Ioannes Iessich. 1791. Concl. 1792. Concl. 1796. Concl. 1802. Concl. 1805. Concl.

MOHACHIENSIS Cladis Epocha 1528. 6. Iterum accipitur pro Epocha. 1563. 24. 1566. 21. 1574. 16.

MOHOL Poss. Comit. *Bachien*. Pertinentia *Districtus Coronalis Cis- Tybiscani*. 1791. 7.

de MOHORA nomen, et Praedicatum familiae 1444. Concl.

in MOGYOROSD Pedites 20. teneantur. 1655. 3. Eiates Confiniarii deputantur ad *Kanyáuára*. 1681. 5. Castellum Confiniariorum funditus desolatum est. 1681. 7. Eo deputantur gratuiti labores ex propriis Pertinentiis 1613. 8. 1618. 49. 1622. 36. Qui antea. 1635. 92. Ex propriis Pertinentiis et Poss. *Szent Iakab* et *Maracz* 1650. 3.

MOGUNTINENSIS *Archiducatus* Haereditarius Marschallus C. de Heinzenstein. 1687. 28.

MOGUNTINI status Electoralis Actualis Intimus Consiliarius C. ab, et in Elz in Indigenam. recipitur. 1765. 47.

MOLDAVIAE Vayuoda Georgius Stephanus in Indigenam recipitur. 1659. 133. In Moldauia fugitiui Coloni non recipiantur, sed reddantur. 1514. 70. *Moldauia* Armis Casareo - Regiis reuindicata. 1791. 71. Includitur Tractatui Transyluanico. 1595. Trans. 1.

MOLINI Dominus Titulus Caroli VI. Imp. et Hung. Regis. 1715. 2.

in MOLITECZ filialis Tricesima ad Carlostadiensem stabilitur. 1715. 91.

de

Mons Graecensis v. *Graecensis Mons.*

a Monteforti Comes Titulus Francisci II. Rom. Imp. et Hung. Regis. 1805.

in Montem S. Martini ad *Scepusium* deputati limitanei Commissarii. 1550. 41.

Montis Divi Martini Dominii titulus C. a Sinzendorff Indigenae. 1659. 131.

Montis Pannoniae vide *S. Martini.*

de Monyorókerék Praedicatum familiae. Eldenbach. 1468. Concl. 1498. 22. Praedicatum familiae Comitum Erdödy 1606. Pacif. Vien. §. 5. Lit. Hung. Bohemis datae. 1609. Concl. 1630. Concl. 1635. Concl. 1638 Concl. 1647. Concl. 1649. Concl. 1655. 29. Concl. 1659. Concl. 1662. Concl. 1681. 35. 62. Concl 1687. 15. Concl. 1715. Concl. 1741. 6. Concl. 1751. 4. 26. 1765. 16. 1791. 67. Concl. 1796. Concl. 1802. Concl. 1805. Concl.

Moraviae Marchio Titulus Regum Hungariae 1453. 1454. 1486. 1490. 1492. 1495. 1498. 1500. 1504. 1546. 1548. 1550. 1572. 1575. 1578. 1583. 1588. 1593. 1594. 1595. 1596. 1597. 1598. 1599. 1600. 1601. 1602. 1603. 1604. 1608. 1609. 1613. 1618. 1622. Exord et. Art. 2. 1625. 1630. 1635. 1638. 1646. Exord. et. Art. 5. 1649. 1655. 1659. 1662. 1681. 1687. 1715. Exord. et Art. 2. 1723. 1729. 1741. Exord. et Art. 2. 1751. 1765. 1791. 1792. Exord. et Art. 2. 1796. 1802. 1805.

Moraviae ex parte fines Regni Rex defendendos suscepit 1435. I. Exord. §. 1. In eius Confinio Castra et Ciuitates Rex defendendas suscepit. Ibid. §. 2.

Moravia a Corona Hungariae non alienetur 1490. 1492. 4. Super eius iuramento fidelitatis Regi Hungariae Rex det Regnicolis literas Testimoniales 1498. 24. An a *Morauis* iuramentum *Feudi* pro Hungaria exactum sit, Rex edoceat Regnicolas 1504. 21. Ex Morauia redux

Ma-

Mathias Rex *Posonii* celebrauit Comitia 1468. Exord. Idem in Morauiam susceperat *expeditionem*. 1475. 11. Concl. *Marchionatus* penes suam Mai. super reconciliatione *Viennensi* Hungaros cauendo assecurabit Pacif. Vien. ad Pers. 1606. Plenipotentiariorum in Pacificatione *Viennensi* Literae Assecuratoriae de Eadem obseruanda d. 16. Sept. 1606. Eius Statibus et OO. nomine Hungarorum datae Literae Assecuratoriae de obseruanda reconciliatione *Viennensi*. 1606. d. 23 Sept. Cum eodem initae Confoederationes obseruentur. 1609. 42. Eundem versus *limites Regni* Rex cum Consilio discutiat. 1439. 17. Et rectificari faciat. 1458. 17. Metae Regni rectificentur. 1492. 25. 1498. 28. Eo partes in Confinibus occupatas, et metas Regni Rex rectificet. 1504. 22 Metae Regni rectificentur. 1507. 19. 1514. 54. 1525. 11. 1526. 28. 1542. 47. Poson. 1546. 57. 1547. 37. 1. §. 20. 1554. 13. 1555. 13. 1559. 48. 1569. 42. 1574. 29. 1575. 5. 1578. 18. 1582. 6. 1597. 33. 1608. 20. A. C. 1613. 26. 1622. 2. Cond. 11. 1635. 1. Cond. 11. 1659. 1. Cond. 11. Ad easdem rectificandas Commissarii eligantur. 1537. 47. *Szakolczenses* terras suas Morauis non vendant, ne metae Regni conuellantur. 1548. 68. Cum Morauis Causae limitum Regni definiantur, et executioni mandentur. 1557. 18. Ad reuidendas metas Regni circa *Szakolczam* Commissarii deputantur versus *Morauiam*. 1973. 60. 1588. 33. 1598. 36. 1601. 32. 1602. 23. 1603. 13. 1604. 15. 1618. 12. 1625. 23. 1635. 55. 1647. 70. 1649. 27. 1655. 60. 1659. 66. 1662. 37. 1681. 23. 1687. 15. 1715. 39. 1723. 17. 1751. 26. 1765. 16. 1791. 68. 1802. 26. *Gödingensium* Controuersiae cum Dominio *Holich*. complanentur. 1723. 17, Per Incolas, et Capitaneum Districtus *Murauiae* illata Ciuitati *Szakolczensi* damna refendantur. 1715. 88. Querimoniae Comitatuum

Ni-

Nitriensis, et *Trenchiniensis* contra Incolas Morauiae complanentur. 1751. 45. *Auxilio Morauitarum* diffidatores Regnorum suae Mai. debellentur. 1518. 7. Toln. Cum Morauia Ferdinandus Rex tractauit de defensiua Regni expeditione 1543. Ϧ. §. 11. Eorum *subsidium* 6000. fl. deputatur ad *Uiuar*. 1609. 61. Alia sperantur pro *Confiniis* Hungariae. 1638. 34. Rex efficiat, vt in Morauia *noua Moneta* recipiatur. 1522. 14. Vice versa a *Morauis* nouam monetam quiuis Hungarus sub amissione rerum recipere teneatur. 1523. 36. Moneta Hungarica acceptetur in *Morauia* in valore currenti. 1613. 28. Monetam *Morauicam* Cupream inducentes capite plectantur. 1526. 35. Marchionatus Morauiae moneta Gröschl etiam in Hungaria acceptetur. 1741. 32. Fugitiui *Coloni in Morauia* non recipiantur, sed reddantur. 1514. 70. Impediatur, ne Coloni ad euitandam contributionem, semet in *Morauiam* conferant. 1522. 45. Fugientes Coloni in *Morauiam* non recipiantur, et vicissim. 1574. 30. si *Polonis* inductio mercium in Hungariam prohibita manserit, etiam ex *Morauia* in *Poloniam* inhibeatur. 1546. 59. Circa eductionem vinorum Hungaricorum in *Morauiam* modus ponendus. 1659. 59. *Morauica* per *fora* Inspectores (Tricesimarum) non admittuntur. 1547. 34. *Perceptor Morauicus* in Ciuitate *Auspitz* sua iurisdictione fungatur. 1630. 18. Ab Hungaris, victualia pro suo vsu euehentibus, in *Partibus Morauiae* non exigatur Tricesima. 1567. 36. Tricesimatores *Morauiae* a Nobilibus Regni Tricesimam non exigant. 1630. 17. Augmentum Tricesimarum et teloniorum in *Morauia* sufferatur, et antiqua exactio inducatur. 1625. 32. Ciuitates et *Oppida Morauiae* a rebus inducendis mediam Tricesimam pro hac vice supersoluant. 1647. 28. Immunitantur tamen a Tricesima vinorum et mercium. 1649. 13. *Tyrnauiae* restituatur

tur depositionis versus *Morauiam* locus. 1569. 18. Magnates Moraui Hungaros in Indigenas receptos annuae Contributioni subiiciunt. 1609. 51. In *Marchionatu Morauiae* non teneantur gentes per Ioan. et Raph. Podmaniczky ad inferenda Regnicolis damna. 1542. 145. Poson. Causa viduae Czoborianae coram tribunali *Morauico* mota relegetur ad forum competens. 1715. 20. Debita subditorum *Puchóuiensium* in *Morauia* inexsoluta haerent. 1655. 33. Apud Ciuitatem *Strazniczensem Marchionatus Morauiae* debita Susannae Deseö inexsoluta hærent. 1655. 33. Relictae Sigismundi Dóczy Praeten sio ad Bona *Viszouez* in *Morauia*. 1655. 96. Pro Emerico Iakusich contra Nic. Pazmány in Bonis *Morauiae* fiat executio. 1659. 110. Familia Sándor liquidet praetensiones suas in *Morauia* 1723. 81. *Brunae* in *Morauia* detectae res furtiuae per tribunal *Marchionatus* restituantur Euae Bokros viduae Duiardianae, et cassentur Reuersales. 1715. 84. Generalis Capitaneus *Marchionatus Morauiae* Carolus a Liechtenstein 1606. Pacif. Vien. §. 4. Lit. Bohem. Hung. datae. Supremus Notarius Guil. Zaubeg. 1606. Lit. Bohem. Hung. datae. Regii Tribunalis in *Morauia* Assessor C. de Turri Indigena. 1681. 82. Ord. S. Ioan. Hieros. per *Morauiam* supremus Prior C. Ioan. Wenc. a Wratislaw Indigena. 1715. 133. *Circuli Iglouiensis* in *Morauia* Capitaneus B. Ant. Franc. a Deblin in Indigenam recipitur. 1715. 135.

ad Moravam in *Hoff* stabilitur Capitalis Tricesima. 1715. 91.

Morsyna Districtus reaplicetur ad Comitatum Temesiensem. 1518. 33. Bach. cum nec Hungariae, nec Transyluaniae deseruiat. 1519. 33.

Morva Comitatus Partium Superiorum in exercitum Pedites Pixidarios mittat. 1518. 6. Toln. Legendum est *Arva*.

Mor-

Morva Szeghleth in Aquis piscationis intuitu controuersia Dominii *Déuén* cum *Hoffensi* reuideatur. 1655. 30.

de Mosolcz nomen et Praedicatum familiae. 1554. 18. seu de Mosócz nomen et Praedicatum familiae. 1557. 5.

in Mosocz Comit. *Thurocz.* restituitur Euangelicis templum. 1647. 6.

Mosoniensi pro Comitatu *Iudicia Posonii* pro festis Epiphaniae et Iacobi celebrentur. 1548. 19. Eius iurisdictioni subsint Bona Regalia *Ovárіensia.* 1638. 48. Adnumeratur *Tabulae* Iudiciariae Districtuali *Trans-Danubianae Ginsiensi.* 1723. 31. Eidem refundantur *sumtus* in intertentionem Cataphractorum facti. 1618. 22. Refundantur impensae in promotionem *legationis Turcicae* factae erga liquidationem. 1715. 81. Ex Poss. *Steinbruck* ad Austriam nihil dependatur. 1618. 23. Idem Comitatus *grauamina* contra *Austriacos* suae Mai. substernat. 1723. 77. Incorporatur illi pars Poss. *Ilmicz.* 1802. 13. in eo officiales *Ovárienses* non se ingerant in arendationem Decimarum. 1613. 19. In eo Euangelicis restituuntur templa, in *Ovár*, *Miklosdorff*, *Lével*, *Németh-Iagendorff*, *Kemlye*, *Kánok*, *Szolnok*, *Czundorff*, *Lében*, et *Mechér*. 1647. 6. Praedium *Neudorff*, et Curiam in Poss. *Nyúlás* Ciuitas *Pruk* emere possit. 1556. 44. *Militet* ad loca confiniorum. 1555. 4. Ex eo educantur milites, nec frequenti condescensione plebem ruinent. 1647. 67. Idem deputatur ad expurgationem *fluuii Rab*. 1622. 42. Eius *gratuiti labores* deputantur ad *aquagium Danubiale* penes Praesidium *Iaurinense*. 1618. 54. Concurrat gratuita opera ad praeclusuram *minoris rami Danubialis Posoniensis.* 1681. 21. Gratuiti labores deputantur ad Arcem *Iaurinensem.* 1556. 9. Gratuios labores 14. dierum

rum

rum peragat ad *Iaurinum*. 1557. 6. Deputantur ad Arcem *Iaurinensem*. 1567. 17. 1569. 19. 1578. 27. 1604. 8. 1513. 8. 1618. 49. 1622. 36. 1630. 3. Eius gratuitorum laborum pecunia deputatur ad *Praesidium Iaurinense*. 1649. 86. Et consignetur V. Comiti Comitatus. *Iaurin*. 1655. 116. Eius gratuitorum laborum pecuniae a singulis Portis 3½ fl. deputantur ad *Praesidium Iaurinense*. 1659. 130. Eius, et Bonorum *Ovarinensium* gratuiti labores deputantur ad *Iaurinum*. 1608. 15. P. C. Eius gratuiti labores deputantur ad *Albam Regalem*. 1602. 14. In eo Comitatu, et Poss. *Baratfalva* Curia *Minichoffen* C. Nic. et Ioan. Draskovich Abbati *S. Crucis* per externae nationis Commissarios illegitime adiudicata est, et ratione Poss. *Rachin* pertinentiae Bonorum *Ovdriensium* iidem Comites extra Regnum *Viennam* in ius vocati sunt. 1659. 120. Eiusdem Comitatus per *Germanos* tenti Hono Hungaro conferatur 1553. 30. Constituatur in eo *Supremus Comes*, et *Capitaneus Kis Martoniensis* in Nobiles violentias non exerceat. 1588. 38. *Supremus Comes* Franc. Eszterházy Iunior. 1751. 4. 1765. 4. Concl. Franciscus Eszterhazy in Contributionalibus deputatus 1791. 67. *V. Comes* executiones iuridicas etiam in Bonis Regiis *Ouariensibus* facere possit. 1598. 34. *V. Comitis* Ioannis Raiky querela contra Ioan. et Osv. Zsibrik complanetur. 1599. 38. V. Comes Georgius Szombathelyi 1606. Lit. Hung. Bohemis datae. Idem deputatur ad Commissionem *Iaurinensem* 1618. 26. V. Comes deputatur ad reuisionem *brachii Danubialis*. 1687. 16. V. Comes deputatur ad Commissionem limitaneam versus *Austriam*. 1715. 39. Ad rectificationem metarum Regni versus *Austriam*. 1723. 17. 1751. 26. 1765. 16. 1791. 68. V. Comes, et *Iuratus Notarius* deputantur ad examinandum negotium contributionis *Austriacorum* fundos possidentium.

1615.

1615. 72. V. Comes, et Ablegatus Diaetalis Mich. Szalka in Contributionalibus deputatus. 1791. 67.

MUNKÁCH *Castrum* pertinet ad Bona, et prouentus Regios inabalienabiles. 1514. 3. Pro sustentatione Coquinae Regiae Prouisori *Budensi* resignetur 1518. 15. Bach. 1519. 11. Mariae Reginae occupatum remittatur. 1542. Noviz 5. ad 10. Ex eo non administretur Officium supremi Comitis Comitatus *Beregh*. 1574. 33. Coronale non nisi deposita Summa inscriptionali recipiatur. 1608. 22. A. C. Eius Possessores a violentiis in Nobilitatem abstineant, et onera Regni ferant. 1681. 52. Propter eius *Dominium* damnificati Comitatus *Beregh* habeatur reflexio. 1687. 24. Querela Comitatus *Beregh* contra Hoc Dominium gremiale complanetur. 1765. 17: *Dominium* Comiti a Schönborn restituendum. 1791. 7. Eo deputantur gratuiti labores Comitatuum *Ugocha*, et *Beregh*. 1567. 17. Comitatuum *Ungh*, et *Beregh*. 1569. 19. Ex propriis Pertinentiis. 1574. 5.

MUNKACH in *Oppido* per Polonos illatorum damnorum satisfactio procuretur. 1659. 26. In eodem *Contrascriba Tricesimalis* suo loco relinquitur. 1655. 11. Stabilitur Tricesima Capitalis cum filialibus in *Beregszasz*, *Zauodka*, et *Szent-Miklos*. 1715. 91.

MUNKACHIENSIS Graeci Ritus Catholicus Episcopus Andreas Bachinszky. 1791. Concl. 1792. Concl. 1796. Concl. 1802. Concl. 1805. Concl. Primicerius, *Cantor, et Canonicus* Ioan. Pasztelli in Ecclesiasticis deputatus 1791. 67.

MURAM ad fluuium pro rectificatione *metarum Regni* nominatur Commissarius Steph. Ráby 1659. 66. Controuersia circa eius *Insulas* inter Hungariam et *Styriam* complanetur 1723. 17. Contra eius exundationes exstruat *aggeres* Comitatus *Castrif.* 1647. 129. Ad eosdem exstruendos deputantur Commissarii. 1655. 30. Ad excubias pe-

nes

nes eundem deputatur *Insula Muraköz*. 1630. 3. In eius *ripa* Castella Zriniana muniantur gratuitis laboribus ex propriis pertinentiis. 1578. 27. Ad Castella in eius ripa sita deputantur gratuiti labores Insulae Muraköz. 1613. 8. Pro eorundem reparatione deputantur gratuiti labores. 1622. 36. Item *Insulae Muraköz* et Comitatus *Inferioris de Baranya*, cum Bonis Zrinianis. 1618. 49. *Muram* inter, et *Drauam pars* Comitatus *Szaladinensis*, quoad gratuitos labores deputatur ad Chorgó, *Berzencze*, et *Vizuar*. 1556. 6. *Muram* inter, et *Drauam Insulae* gratuiti labores deputantur ad *Légrád* 1567. 17.

Muraköz in et extra *Insulam* gratuiti labores Bonorum Zrinianorum deputantur ad *Légrad*. 1569. 19. Insulae gratuiti labores deputantur ad *Légrád*. 1602. 14. 1604. 8. 1608. 15. P. C. 1613. 8. 1618. 49. 1622. 56. 1625. 19. 1630. 3. *Muraköz* in *Districtu* milites Veterani augeantur. 1655. 12.

Murai Szombath *Mura Szombath* Est locus antiquus *Tricesimae* Capitalis. 1498. 34. *Castellum*, et Bona Thomae Széchy per Dionysium resignentur. 1647. 138. Eo deputantur *gratuiti labores*. 1659. 130. Ex Poss. *Petancz*, *Borhida*, *Várkócz*, et *Korongh*. 1649. 86. Ex Poss. *Petancz*, *Borhida*, *Várkocz*, *Korong*, *Petznicz*, *Markusócz*, et ex Pertinentiis Arcis *Felseö L ndua*, et *Muray - Szomboth*. 1655. 116.

in Murai Szombath Perpetui scribuntur Comites Szápáry. 1791. 67. 68. 1802. 26.

Murán Dominii Comitatus *Gömör*. metarum intuitu ad Controuersiam C. Franc. Vesselényi cum Comitatibus *Zoliensi*, *Scepusiensi*, et *Liptouiensi* deputantur Iudices. 1655. 101. *Muran inter* et *Lipto Uiuar* Dominia controuersas metas Palatinus decidat. 1715. 40. Ex *Arce*, quae confinium non est, externi milites educantur. 1608. 12. A. C. Eadem, exposita Summa

 In-

Inscriptionali ab Exteris redimatur per Hungaros. 1608. 23. A. C. Ad eam Decimae Episcopatus *Agriensis* colligantur. 1555. 15.

de MURANI Perpetuus scribebatur C. Franc. Vesselényi. 1655. 1. Concl. 1659. Concl. 1662. Concl.

MURAU Dominii Titulus C. a Schwartzenberg Indigenae. 1659. 131.

MURCIAE Rex, Titulus Caroli VI. Imp. et Regis Hung. 1715. 2.

in MURSTETTEN L. B. titulus Adolphi ab Althan. 1606. Pax Situat.

In MUSAY Comit. *Beregh.* defigatur moderatum lapidum molarium pretium. 1715. 90.

a MUSESTRE titulus C. a Colalto Indigenae. 1659. 132.

MUSSIPONTI Marchio titulus Regum Hung. ex Augg. Domo Austriaca. 1791. 1792. et Art. 2. 1796. 1802.

MUTINAE Dux Franciscus in Indigenam recipitur. 1741. 67.

N.

de NACZÁL nomen et Praedicatum familiae. 1444. Concl.

de NADÁN nomen, et Praedicatum familiae. 1444. Concl.

de NÁDAS Praedicatum familiae Trstyanszky. 1751. 26.

de NADASD Praedicatum familiae Ongór. 1498. 22.

de NADASD nomen, et Praedicatum familiae. 1538. 25. Sclau. 1547. 8. §. 1. 1608. 15. P. C. 1618. 30. 49. 1622. 12. 33. 1625. 51. Concl. 1630. 3. 14. Concl. 1635. 92. 1647. 45. 70. 129. Concl. 1649. Concl. 1655. 8. 116. Conrl. 1659. 84. Concl. 1662. Concl. 1715. 38. 72. 1723. 17. 45. Concl. 1729. Concl. 1741. 6. Concl.

1751. Concl. 1765. Concl. 1791. 8. 1802. 5. Concl. 1805. Concl.

in Nádkúth Tricesima filialis ad *Radagyanafaluensem* stabilitur. 1715. 91.

Nádudvar in Poss. Controuersia metalis per Commissionem limitaneam versus *Transyluaniam* ordinatam complanetur. 1659. 41.

de Nagy Apon Praedicatum familiae Apony. 1606. Pacif. Vien. §. 2. Literae Hung. Bohemis datae. 1622. 4.

Nagy Attak Poss. metalis Controuersia cum *Légradiensibus* reuideatur. 1715. 116.

Nagy-Bánya *Riuulus Dominarum Ciuitas Montana* pertinet ad Bona, et prouentus Regios inabalienabiles. 1514. 3. Ibidem *Camerarii* praeter eas, quas de nouo erexerunt fodinas colere non possunt. 1519. 7. Nec Regalia exerceant. 1519. 8. Ibidem dirutum *Castellum*. 1567. 17. Ciuitas possideatur a Principe *Transyluaniae*. 1595. Trans. 2. Eius Ciuitatis metalis Controuersia per Commissionem limitaneam versus *Transyluaniam* ordinatam complanetur. 1638. 41. Fugitiuos Colonos restituat. 1618. 48. Ibidem prouentus Plebani reuideantur, vt gentes exinde teneantur. 1525. 14. Ciuitatis Obsides per Commendantes *Szathmarienses* demittantur. 1681. 57. In auth. deest vox *Nagy-Bánya*. Ablegatus eius Diaetalis Ioan. Baumeister in Montanisticis deputatus 1791. 67. Quomodo ibi Camerarii fodinas colere, et laboratoribus victualia administrare debeant, Consiliarii prouideant. 1518. Bach. 14. Ciuitatis querelae contra Officium *Monetarium* complanentur. 1751. 30. Eius differentia cum iudicio Montano ratione iurisdictionis eiusdem Ciuitatis discutiatur. 1765. 40. Ibidem praeter Talleros, et Denarios, D. ab Herberstein nullam aliam Monetam cudat. 1618. 19. Ibidem stabilitur Trice-

cesima Capitalis cum filiali in Felseö - Bánya. 1715. 91.

de Nagy - Bossány Praedicatum familiae Bossány. 1765. 16.

in Nagy - Dobós Comit. *Sabolch.* telonium siccum tollatur. 1625. 34.

Nagy - Hatvan Comit. *Heues.* in Oppido celebranda Diaeta. 1525. 1. 31.

in Nagy - Herestyén Comit. *Bars.* restituitur Euangelicis templum. 1647. 6.

Nagy - Ida Bonorum Comit. *Abauiuar* intuitu, administretur iustitia Emerico Czobor. 1647. 132.

Nagy - Ienö Poss. Comit. *Vesprim.* gratuiti labores deputantur ad *Pápa.* 1659. 130.

Nagy - Károly Praedicatum familiae Károlyi. 1741. 63. 1751. 26. 1765. 16. 1791. Concl.

de Nagy - Lak Praedicatum familiae Iaxith. 1498. 22.

in Nagy Lévárd stabilitur filialis Tricesima ad *S. Ioannensem.* 1715. 91.

de Nagy Lónya Praedicatum familiae Lónyay. 1791. 67.

de Nagy Lughe Praedicatum familiae Lipchey. et Dóczy. 1542. 10. Noviz. 1609. Concl. 1625. 25. 1630. 47.

Nagy - Máchéd in Poss. Comit. *Poson.* restituitur Euangelicis templum. 1647. 6.

Nagy - Magyar Comit. *Posón.* restituitur. Euangelicis templum 1647. 6.

de Nagy - Mánya Praedicatum familiae Koller. 1765. Concl.

in Nagy - Megyer Comit. *Comarom.* restituitur Euangelicis templum. 1647. 6. Non obstantibus Oppidi huius Priuilegiis, eius Possessores iure terrestrali vtantur. 1715. 95.

de

de NAGY-MICHÁL *Nagy-Mihaly* nomen et Praedicatum familiae. 1444. Concl. *Familiae Banffy*. 1659. 117. Familiae. Pongrácz 1659. 117. Familiae CC. Sztáray. 1791. 66. 1802. 26.

in NAGY OLASZY cum Praedicato scribitur familia Kubiny 1659. 65.

NAGY-OROSZFALU in Poss. residentes Rutheni a Decimis immunes conseruentur. 1500. 29. Fugitiuos Colonos restituant. 1618. 48. Instar Bonorum Fiscalium possideantur. 1715. 34.

NAGY PALUGYA locus liberi religionis exercitii in Comitatu *Liptouiensi*. 1681. 26.

in NAGY SZEGH Comit. *Poson*. restituitur Euangelicis templum. 1647. 6.

in NAGY SZELLI Comit. *Poson*. restituitur. Euangelicis templum. 1647. 6.

de NAGY SZIGETH Praedicatum familiae Szily. 1791. 67.

NAGY SZILVA in Poss. Comit. *Sáross*. pro Andrea Sztankay, et Cointeressatis Adiudicatoriae executioni mandentur 1659. 119.

in NAGY-SZÖLLÖS stabilitur Tricesima Capitalis. 1715. 91.

NAGY TAPOLCHÁN Oppidi intuitu causa familiae Pográny reuideatur. 1649. 54. 1655. 106.

NAGY-UGRÓCZ Poss. Comit. *Bars*. cum Poss. *Kollos* Comit. Nitrien. metalis differentia. 1635. 19.

de NAGY-ZALATHNYA Praedicatum familiae Baronum Fischer. 1802. Concl. 1805.

in NAYDEK Haereditarii DD. a Königstein Indigenae. 1659. 133.

NAYFUTH Titulus DD. a Königstein Indigenarum. 1659. 133.

in Naystiff Titulus DD. a Königstein Indigenarum. 1659. 133.

Namurci Comes Titulus Regum Hung. ex Augg. Domo Austriaca. 1741. Exord. et Art. 2. 1751. 1765. 1791. 1792. Exord. et Art. 2. 1796. 1802.

Nana Castrum. Comit. *Heues.* Ioannis. de Kompolth stare permittitur. 1445. 4.

de Nana Praedicatum familiae Kompolth. 1435. II. Concl. 1444. Concl. 1498. 22.

Nándor Albensi ex *Castro* ingenia, et Victualia auferentium poena Capitalis. 1495. 35. Ad eius defensionem omnes Nobiles insurgere tenentur. 1459. 12. Qui susceptae in eius auxilium expeditioni non interfuerunt, conuincantur in poena 400. fl. 1523. 10. Qua Castrum finitimum semper duabus personis pro Officio conferatur. 1507. 5. Bona eorum, qui illud. amiserunt, conseruentur, vsque, dum obtento saluo conductu, causa contra eos discutiatur. 1522. 48. Bona eorum confiscentur. 1523. 59.

Nándor-Alba est locus antiquus Capitalis Tricesimae 1498. 34. Transferatur *Petro - Varadinum.* 1525. 9.

Nándoralbensis Banatus non nisi natiuis Hungaris pro officio conferatur. 1490. 1492. 8.

Nava ad Arcem pertinentes gratuiti labores occupati ad *Sirók.* 1578. 27.

Navarrae Rex Titulus Caroli VI. Imp. et Regis Hungariae 1715. 2.

de Neboisza Praedicatum familiae Balogh. 1655. 63.

Nedeczky familiae Praedicatum de Eadem. 1765. 16.

Nedelcze est locus antiquus *Tricesimae* Capitalis in *Sclauonia* 1498. 34. Alias *Nedewcze* Locus Tricesimae de animalibus. 1522. 12.

in Nedelicz stabilitur Tricesima filialis ad *Varasdinensem.* 1715. 91. Ex eadem Tricesima ad aedificationem Praesidii *Berkiseuina* deputata Summa. 1618.

31. 1635. 42. Resoluta sunt eum in finem 27000. fl. 1638. 14. Eius Supremus Exactor colligat mediam Tricesimam Regni *Croatiae* et *Sclauoniae*, et consignet Exactori eiusdem. 1638. 7. Idem tradat mediam, et auctam Tricesimam *Croatiae*, et *Sclauoniae* Regno. 1681. 75.

in NEGAU L. B. titulus Indigenae Trautmansdorff. 1625. 66.

in NEGYED Comit. *Nitriensis* restituitur Euangelicis templum. 1647. 6.

in NEYVOLAK Praedicatum Udalrici a Krembergk. 1606. Pac. Vien. §. 5.

NELLENBURGI Landgrauius Titulus Francisci II. Rom. Imp. et Hung. Regis. 1805.

NEMES Csó Poss. Comit. *Castrif.* pro loco articulari liberi exercitii Aug. Conf. nominatur. 1681. 26.

NEMES KER Poss. Comit. *Sopron.* nominatur pro loco liberi exercitii Religionis 1681. 26.

in NÉMETH GURAB Comit. *Poson.* restituitur Euangelicis templum. 1647. 6.

NÉMETHY Castellum nouiter erectum. diruatur. 1548. 46.

NÉMETHY *Oppidum* subsit iurisdictioni Comitatus. 1609. 37. Imprimis quoad restitutionem *fugitiuorum Colonorum* et Nobiles *Armalistas* non turbet. 1655. 62. Restituat fugitiuos Colonos. 1613. 36. Eius excessibus in recipiendis fugitiuis colonis modus statuitur. 1638. 67. A connumeratione Portarum. solutione Dicarum, et simplici statu Colonicali absoluitur. 1647. 124. Filii Principis *Transyluaniae* vita durante possideant. 1647. 20. §. 12. Cum *Szathmar* Oppida in vnam *Ciuitatem liberam Regiam* vnita, ad Diaetam cum Sessione, et voto acceptantur, iurisdictioni Magistri *Tauernicorum* Regalium subsint. 1715. 109. Vid. etiam *Hernád*, *Némethy*.

NÉ-

Némethi Poss. v. *Fel Nemethi*

in Németh-Iagendorff Comit. *Moson.* restituitur Euangelicis. templum. 1647. 6.

Németh-Uivár Arcis ex Bonis deputantur gratuiti labores ad *Körmend*, et *Sz. Péter.* 1630. 3.

in Németh-Uivar Perpetui sunt Comites de Batthyan. 1715. Concl. 1729. Concl. 1741. Concl. 1751. 2. 26. Concl. 1765. 16. Concl. 1791. 67. 68. Concl. 1792. Concl. 1796. Concl. 1802. Concl. 1805. Concl.

in Nempti Equites 350. Pedites 100 teneantur. 1655. 3. *Castellum* necessariis firmetur. 1601. 29. Praesidii pro sua Mai. recipiendi intuitu cum Posséssoribus tractetur. 1613. 17. Eius munitionem, tamquam sui versus *Rakespurgum* Antemuralis *Styria* in se recipiat. 1618. 35. Eius fortificatio *Austriae* et *Styriae* relinquitur. 1625. 20. *Confinium* reparandum per *Styriam*. 1630. 2. Eo deputantur *gratuiti labores* ex propriis Pertinentiis. 1608. 15. P. C. 1630. 3. Qui antea. 1635. 92. ex propriis pertinentiis cum pertinentiis *Zemenye*. 1613. 8. ante §. 18. ex auth. Ex propriis pertinentiis, et pertinentiis *Szemenye*, ac *Districtu Chermencz-Szeg.* 1618. 49. 1622. 36. Contra Praesidiarium Hees, et Vajuodam Emer. Vajda propter inuasionem Castelli *Isaakfalua* Thomas de Nádasd iure procedat. 1618. 30.

Neográd, *Nográd* cum *Arce* a iugo Turcico liberatae *villae* non sint dedititiae. 1606. Pax Situat. ibidem Equites 150 Pedites 200. teneantur. 1655. 3. Fortalitii aedificium continuetur. 1655. 3. Arx prouideatur, Oppidum subarcense restauretur. 1659. 4. *Capitaneatus* natiuo Hungaro conferatur. 1608. 11. A. C. Eiates *confiniarii* deputantur ad *Kékkeö.* 1681. 5. Eo deputantur *gratuiti labores* Poss. circumiacentium. 1622. 36. Viciniae gratuiti labores reseruantur ad idem Praesidium. 1635.

